Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

ΙΑΜΒΛΙΧΟΥ

ΧΑΛΚΙΔΕΩΣ

τῆς κοίλης Συρίας

ΛΟΓΟΙ δύο.

IAMBLICHI CHALCIDENSIS

ex Syria cœle

De Vita PYTHAGORÆ, &

Protrepticæ orationes ad Philosophiam

LIB. II.

Nunquam hactenus visi: nunc verò Græcè & Latinè primùm editi cum necessariis castigationibus & notis,

Addita sunt in fine Theanus, Myia, Melissæ & Pythagoræ aliquot epistolia Gr. & Lat.

IOHANNE ARCERIO THEODORETO
Frisio AUthore & Interprete.



Ex libris
Felicis Evelÿ.
Empt. Lutetiæ
Parisior.
1734.

In Bibliopolio Commeliniano

ANNO CIↃ IↃ XCVIII.

BIBLIOTECA
REAL
UBICENSIS

ILLUSTRIBUS
Generosis Amplissimisq; & Nobilissimis
DOMINIS
D D.

ORDINIBUS FRISIAE TRANSRHENANAE

inter Amisium amnem & Flevum antiquum
RHENI *ostium Rempubl. sapienter sanctéq; administrantib. Dominis & Mecœnatib. suis unicè colendis.*

S. D.

ANNUS jam est penè tertius & trigesimus, generosissimi Nobilisimiq; Domini & Mecœnates honorandi, ex quo linguæ & studiorum gratia cum nobilisimis Patriæ & summæ spei adolescētibus, perveteris & illustris sanè familiæ, in Gallias ablegatus, mirabili quodam casu, seu Dei destinatione, in hosce Iamblichi Chalcidensis Platonici philosophi libros, Græcè scriptos incidi. Nam cùm mihi illorũ inspiciendorũ ad dies aliquot copia facta esset, ilico me eorum exscribendorum, cùm quòd elegantissimè manu descripti, tum verò quòd illius essent authoris, quem Proclum illum Diadochum in Platonem scribentem nunquam non θεῖον vo-

citare legeram, ut & Eunapium posteà in ejus vitâ, θαυμάσιον, cupido incesit. Itaq; hominem, cujus istos beneficio habebam, eos à me reposcentem, per amicitiam, quæ inter nos mutuò esset, perq; Musas omnes rogavi obsecratúsq; sum, ut illos describendi mihi copiam concedere vellet. Non enim ille, qui lumen de suo lumine accendi sinit (ut ex Marco Tullio dicebam) efficit, ut nihilo minùs ipsi non luceat, cùm alii accenderit. Verùm cùm nec prece nec pretio hoc primùm ab eo obtinere valerem, tandem improba instantiâ hominem & ipsum longè eruditissimum permollivi, ut haud ægrè quidem: sed tamen cum conditione voto meo annueret. Siquidem cùm ἀρχέτυπον ad certum quoddam tempus, intra quod foret exscribendum, domino suo esset ex pacto restituendum, nec solus, quod id esset angustius, posset facere, mihi partem describendam concesit: ea tamen conditione ac lege, ut ipse non ederem. Se namq; eum authorem vertendum suscepisse. Igitur recepta conditione, & sepositis aliis, quatenus ejus fieri potuit, studiis & occupationibus, quibus compluisculis tum per morbum, & postea mortem unius ex meis præclarissimæ spei adolescentis distringebar, ad discriptionẽ properè me accinxi. Quare noctéq; diéq; admolitus operi manus, totũ, quod ferme fidem excedit, ipso inscio intra sesquimensem ad umbilicum duxi. Recognovi quidem interea temporis, & à mendis penè infinitis repurgavi omnia: sed de editione illis superstitibus ne gry quidẽ cogitare potui. Quocirca scrinio inclusa cum nonnullis aliis hactenus presi. Cæterùm cùm jam uterq; tam dominus, quàm alter σύμβιος, cui me bona fide obstrinxeram, in fata concessissent, nec quicquam conversum, & non nisi

pau-

pauculis aliquot locis quædam in eo castigata deprehenderem: præterea ipsum ἀρχέτυπον, quo fueramus uti, jam etiam in aliorum manus venisse fortè intelligerem: tandem ferio, ut ille dicebat,

Μήτις κῶδος ἕλοιτο βαλὼν, ὁ δὲ δεύτερος ἕλθοι,

animum ad illorum editionem adjicere cœpi. Itaque Latinè, ut quidem existimo, à me conversum, & non credendis laboribus ac vigiliis, quantum tamen ingenio assequi potui, unius solum exemplaris adjutus ope, emaculatum quasi è tenebris in lucem, & è sepulchro atque abysso in vitam extrahere ac producere volui. Nam cùm superioribus seculis plurima emerserint, atq; etiamnum hodie in lucem emânêt, prophanis & petulantibus hominibus authoribus, quæ æternis tenebris atq; oblivione adobrui, potiusque flammis aboleri exstinguiq; præstaret: profectò hoc genus scriptorũ ejus esse generis duco, ut putem ipsorum tum sanctis laboribus gravem injuriã, tum communi studiorum utilitati non exiguum detrimentum allatum iri, si porrò æternum premerentur & quasi sepelirentur. Quippe qui in Schola Socratica, penéq;, ut mox dicemus, Mosaica, bellè instituti, de Deo, quatenus quidem naturæ melioris ductu, sine Deo & Scripturæ adjutorio potuerunt, de virtutibus & vitiis germanè differuerunt, exempla itidem salutaria reliquerunt, quibus in communi vitæ usu juxtà, ac reipub. administratione apprimè conducibilibus uti queamus. Etsi verò de μετεμψυχώσει, & aliis id genus dilirijs tam Plato, quàm hic noster, quæ ex Pythagora hauserant, scriptis suis interseverint: hic etiam ex professo Pythagoræ non ita sani, ut multis, sed ut mihi semper visum est, summi religiosissimique Philosophi vitam & dogmata describat: haud ideò tamen confestim

repudiandi vel fastidiendi erunt. Etenim si Aristoteles, Philosophorum meritò maximus, qui de mundi æternitate sua somnia, ne dicam deliria habuit, nec sensit de eo quod debuit: nec item Plinius diligẽtissimus alioqui naturę indagator, maximéq; admirabilis scriptor, qui præceptorẽ κατ' ἐξοχὴν Aristotelem secutus se continere non potuit, quin admirandò sui operis, imò præclarissimo Mundi thesauro de naturali historia initio, idem sentiret, adeóque passim intermiscuerit palam impia, de Deo alio, quàm ipse conceperat, ambigẽs, in dogmate de Dei omnipotẽtia hallucinãs, inferos esse dubitãs, animos non esse immortales, atq; id genus alia manifestò statuens, non propterea reprobantur: quinimò scriptores, qui eos suis commentariis illustrarunt, ut Porphyrium, Plotinum, ac cæteros Christiani nominis hostes non aspernamur: sed potiùs in summo pretio & deliciis habemus, lectitamus, & tantùm non adoramus, quid? an Pythagoram, quem rectè de Deo sensisse, testis est locupletissimus Clemens ille Alexãdrinus, cùm aliàs, tum in προτρεπτικῷ, rejiciemus? an Platonem, qui tam de Deo, quàm de immortalitate animorum, de pœnis inferorum, & cætera præclarè & sensit & tradidit, ejusque sectatores, quorum omnium facilè princeps Iamblichus, etsi purus putus Pythagoreus, quatenus tamen Plato, fuisse videatur, cum ignominia usu mortalium exturbabimus? Sanè ut Pythagoras & Plato Mosen legerunt, quo nomine etiam quidam veterum hunc Mosen Atticum vocitarunt: illum D. Ambrosius Mediolanensis Episcopus gravissimus sanctissimusque scriptor quoque Epistola ad Irenæum, quosdam putasse ex populo Iudæorum genus duxisse, ut ex ejus disciplina derivarit etiam præcepta magi-

magiſterii, meritóque magnum apud Philoſophos habitum, æqualem vix repperiſſe, diſertè ſcribit: ita perſanctè præcepta de moribus, de vita piè inſtituenda tradiderunt. De caſtitate intra & extra matrimonium, de inſtitutione atque educatione liberorum, de verecundia, de pudore, de temperantia, continentia, cæteriſque virtutibus, uti poſteà quoque Ariſtoteles, adeò copiosè graviterque diſſeruerunt, ut ex Dei tabulis verè eſſe petita, videri poſsint. urbes perfectas condunt, eaſque legibus penè Moſaicis ornant & firmant. Itaque eos mehercule non magis repudiabimus, quàm naturam terræ non damnamus fœcundam rerum matrem, verè πολυβότειραν καὶ ζείδωρον, ut eam Poëtæ indigitant, quæ & largè venena producit, & medicas herbas, feminaque ad eſcas ſalutaria. Nec multa Seplaſiariorum aut pharmacopolarum optima tum unguenta, tum medicamenta propter opium aut arſenicum, atque alia, quæ pyxidiculis incluſa ſuis uſibus ſervantur, improbamus vel refugimus. Haud enim omninò abs re eſt, quod Deus ille Opt. Max. atque æterna ſapientia hoſce authores mortalibus incolumes ſalvoſque eſſe voluerit, cùm tam multa, adeóque infinita aliorum, eorumque bonorum ſcriptorum, volumina funditùs interire ſit paſſus, quorum hodie ſolùm nomina, & vix, non parvo cum dolore, tenemus. Dei proculdubiò hoc fuit conſilium, partim ut veluti in ſpeculo cerneremus, quouſque miſeræ illæ mentes ſolo naturæ ſuæque Philoſophiæ ductu in cognitione ſummi boni, Dei, inquam, ac virtutum omniũ praxi fuerint progreſſæ, etſi φωσφόρος quo de ſanctus ille δ θεσβείας αὐρηρος, καὶ ὁ δ ἀληθείας τύλος, ut loqui ſolet divinus ille Theodoretus, meminit, non eſſet in ipſorũ cordibus exortus.

Itemq;

Itemq; quid ab nobis exigat, quibus dies ille jampridem & illuxit, & exortus est lucifer. partim etjam, ut ſicubi lapſi ſunt, illorum verenda non cum laſcivis ingeniis, quorum omnia ſæcula non minùs, quàm hoc noſtrum fœcundum eſt, detegamus: ſed providè potiùs, ſapienterque contegamus ac velemus. Non neſcio quidem mundum hodie librorum ſcriptorumque inutilium ac prophanorum multitudine onerari, quibus bullientes carnis noſtræ æſtus non tam reprimuntur, quàm excitantur, mores corrumpuntur ac vitiantur: errores & monſtroſæ opiniones ac hæreſes perniciales vel diſſeminantur, vel confirmantur, Deus denique ſuminè ad iram irritatur: verùm hîc author meritò etjam inter caſtos & pudicos mediique generis, & tantùm non religioſos pioſque ſcriptores, ut dixi, accenſeri poteſt. Ut minimè metuam hinc dicam nobis aliquam ſcriptum iri, quaſi per nos hac in parte boni mores violentur, vel Dei in nos offenſam iramve accerſamus, propter erroneas de Deo ipſiuſque cultu, quas propaget, opiniones. Proindè quod quædam apud Comicum dicebat, licet alio ſenſu, hîc etjam valere debebit,

Multa ex quo fuerint commoda, ejus incommoda ferre æquum eſt. Equidem illum longè, Plotino, tametſi magno per omnem modum Philoſopho, Porphyrio, etſi hujus noſtri magiſtro, Hipponenſis præſulis ejuſdemq; ſancti hominis teſtimonio, ſic & Themiſtio, Simplicio (qui etiam in hoſce libros juſtos Commentarios ſcripſiſſe memorátur) Philopono, Ammonio Hermeæ, ipſique Proclo, jampridem editis & doctorum tritis manibus, multis modis præfero. Quippe qui Platonis, quem ipſum etjam vetuſtiſsimi & orthodoxi

Patres

Patres meritò θεῖον vocarunt, vestigiis adeò insistit, ut multa ex ipsius dialogis ad verbum in hæc sua commentaria transtulerit, & vix unguem latum ab ipsius mente & dogmatis deflexerit. Quamobrem quantum Plato reliquos omnes Philosophos studio, lingua & synceriori Philosophia antecessit, eosque longè à tergo reliquit, tantùm hunc cæteris suis coætaneis, quique tam antè, quàm post ipsum scripta aliqua posteritati reliquerunt, semper præferendum esse judicavi. Ut eo nomine jure τοῦ θείου Epitheton utrique tributum videri possit. Colloco autem eum in eodem planè ordine & gradu, quo summus per omnem modum, idémque Platonicus Philosophus Maximus Tyrius, meritò sanè collocatus est. Qui teste Suida sub Commodo Cæsare Romæ, in orbis, ut tum dicebatur, Epitome philosophatus est: cujúsque itidem aliquot λόγοι, hoc est, sermones, seu disputationes sanè quàm elegantissimæ, ἐν φιλοσοφωτάτοις etiamnum hodie exstant. Hunc verò clarissimum ac longè nobilissimum auctorem hactenus cum non parvo rei literariæ detrimento & injuria suppressum in lucem extrahere, & in illustribus generosisque nominibus vestris mundo apparere volui: primùm ut vestro præsidio ac patrocinio tutus exserto capite prodeat, vulgique censuram non extimescat. Deinde quia noster hic labor & conatus ab multis fortasse impetetur, & ab non nemine suggillabitur, (quid enim uspiam ab obtrectatorum Criticorumque sannis ἀδιάβλητον, liberum est?) hoc nimirum mihi etiam atque etiam agendum fuit, ut quemadmodum princeps ille poëtarum Homerus de Teucro inquit, qui sub Ajacis clypeo septemplice, ut puer

in gremio matris deliteſcebat, ipſe quoque ſub nobiliſsimo potentiſsimoque ἐπιλαβείῳ, ut ille ajebat, σάκει veſtro κρυπτάσκων, malevolorum ſpicula, quantumvis virulenta ac λοιδορίαις tincta non modò non reformidem, verùm etiam contemnam & rideam. Veſtris autem amplitudinibus & generoſiſsimis nominibus hic noſter labor, quâ authorem, quâ etiam me, qui illum nunc primus produco, jure meritoque debebatur. Quâ authorem quidem: nam quibus potiùs conveniebat Philoſophus tam inſignis, tam clarus, tam omni exceptione major, qui jam tenebris & caligine diſcuſsis, exterſuſque ab omnibus penè ſordibus, noſtra ſolius, ceu obſtetricis, opera lucem aſpicit, quam hominibus ſapientibus, claritate tam inſignibus, omnique exceptione, ſive nobilitatem, ſive πολιτείαν, ejuſque adminiſtrationem longè ſaluberrimam ſpectemus, majoribus? Denique quam illis, qui ſuperioris ævi Barbariæ Ro. Agricola & D. Eraſmo authoribus diſcuſſa, humaniores literas, in noſtram quoque Patriam illorum beneficio illatas, ſectamini, fovetis, adeoque provehitis? Macti igitur eſtote, generoſiſsimi Nobiliſsimique, & omni virtutum genere cumulatiſsimi Domini, & thronos veſtros hiſce nunquam intermorituris elogiis magis magiſque decorate, haſce literas ſalutariter nobiſcum fovendo, commendando amplectendoque. Quâ me verò, nullis aliis honeſtè eum inſcribere potui, nec debui. Quippe cùm apud vos, quos ſummo atque avito jure Friſios Orientales, perperam hodie πεϊχθονίους dictos, appellare ſoleo (nam qui hodie ita compellari gaudent olim Cauchi minores erant) & apud quos Divum RADBODUM reliquoſque Friſiæ

siæ reges quondam potissimè, vicissimque in urbe, quæ tum mediæ Frisiæ, regionis item multo nobilissimæ, quæ nunc ferè Frisia Occidentalis nuncupatur, nomine STAURIA, tunc Metropolitana, suam regiam habuisse ex multis indiciis minimè dubitandum sit: apud vos, inquam, ante annos sexaginta honestis parentibus, agricolis, majoribusque, antiquis Frisonibus, ut tum mos atque usus obtinebat loquendi: & peculiaris dialectus ac lingua (quæ adhuc in vestris sylvis, licet paullò ob vicinorum commercia inquinatior, & alibi remansit) ab aliis populis & gentibus advenis discriminabat, opulentissimaque & inculpatissima familia prognatus: & postmodum in Schola vestra Clarissimo doctissimoque & piissimæ memoriæ homine ἀρχιδιδασκάλῳ D. REGNERO PRÆDINIO, (quem honoris caussa nomino, cujusque nunquam non libentissimè, jucundissimèque, ut & Rodolphi Agricolæ nostri & Vesseli, cui vulgò cognomentum erat Gansfort, manium recordor,) institutus, & ad hasce literas illo quasi Μαιευτῆ & Mystagogo adductus sim: nimirum hoc vestris augustissimis nominibus ratione ortus velutique διδασκαλικῷ τόκῳ vice, in gratissimi animi significationem ad æternam memoriam meritò persolvendum erat. In eam verò Frisiam quam modò occidentalem vocari dixi, quámque itidem mediam nominavi, Aquilonaris, quæ veteribus cis-Rhenana vocitata est, nunc que borealis Batavia appellatur & orientalis Frisiæ respectu, ipse Regneri, cujus modò memini, intercessione voluntateq; adolescens viginti plus minus annorum traductus & ab nobilissima clarissimaque & longè honorificentissima, uti &

antè memini, familia, (cui nunquam non mea omnia transcribo, quamque iubem colo & veneror) cum honore adscitus, sanctissimè in litteris cùm domi, tum peregrè per integrum decennium cum filiis fotus educatusq; sum. Deinde cùm post aliquot annorum curriculum ad summos, adeóq; varios & diversos in ea honores, atque ultimò ad quietissimum maximéque liberale vitæ genus, publicam Græcarum literarum professionem in nobili Schola promotus, idque ab iis, qui partim quidem in Domino obdormiverunt, partim verò etiamnum viuunt, ac profectò homines sunt omni laude dignissimi prudentissimique, optimè cùm de me, tum de omnibus bonis, cunctisque literis humanioribus præclarissimè meriti: equidem, ut ingenuè fatear, mortalium omnium ingratissimus forem, si tam eximia in me beneficia ac merita non agnoscerem, gratóque animo non recolerem, summatimque de tantis tamque augustis Mecœnatibus vicissim non semper benè mereri studerem. Itaque jampridem hoc diligentem operam dare volui, ac debui quoque, viri amplissimi, ut in vestro Lyceo jam aliquot annos constitutus, singularis meæ observantiæ, animiq; pergrati publicum aliquod pignus ac monumentum, quod perpetuò exstare posset, darem. Quod cùm non potuerim hactenus quidem excusis omnibus facultatibus meis aliter præstare, nec ullo alio, quàm hoc solo scribendi genere contestari, rogo & oro vestras illustres Amplitudines, primùm, ut hoc meum studium in optimam partem benignoque vultu & fronte serena accipere dignemini. Deinde nostrum hunc autorem, nostróque in illum labores, sub illustribus vestris nominibus

jam

jam primùm ex vestra Schola in lucem prodeuntes ita asseratis, ne quid incommodi vel detrimenti patiantur. Meque itidem, ut hominem toto pectore vestris amplitudinibus obsequentissimum ac deditissimum amare porrò, & ita ab omni injuria defendere & protegere velitis, ut in hac grandævitate atque otio literario, vestra fultus benignitate, reliqua tum hujus authoris, tum alia, quæ præ manibus, & nonnulla, quæ jam etiam planè confecta habeo, in usum nostræ maximè gentis ad posteritatem transmittere queam. Deum porrò rogo & oro, ut vos indies sapientia prudentiáque & omni fortitudine magis magisque instruat, & cum omnibus subditis vestris omni genere benedictionis cumulet ac beet. E Schola vestra Anno ab Christo ex sanctissima virgine nato, mundique redemptione CIↃ. IↃ. XCIIX. ipsis Idibus Novembribus.

Vestrarum illustr. & generosissimarum

Amplitud. longè deditissimus & obsequentiss.

IOA. ARCERIUS THEOD.

πρὸς

ΦΙΛΟΛΟΓΟΥΣ

περὶ

ΙΑΜΒΛΙΧΟΥ ΧΑΛΚΙΔΕΩΣ.

Οὐ τόσον Ἕλλησιν Ἑλλάδος κυδίστατοι
Ὀφλῆσι Μαιονίδης, ἢ Σταγειρίτου
Πέπλῳ, θανόντες ὑμνεύμενοι οὐδὲ δὰ
Τοσοῦτον ἰῶς σωφρονίσκου ζάθεος
Θείῳ Πλάτωνι ἰδὲ Ξενοφῶντι ἡδυλόγῳ·
Ὅσον ὁ μὲν ἐκ Σάμου κομίσας Ἰαμβλίχῳ
Τῷ τῆς Πλαθωνικῶν ἀρίστῳ καὶ σοφωτάτῳ.
Πόσον οὖν ὁ μὲν θανόντος ὢν λαβεῖν
Καὶ σῶστρον ὀφλήσῃ, ὃς ἀνεῖσας τάφου
Καὶ σπιδόνος ὃν ἀναβιώσῃ; κἄτα δὲ,
Σὺν εἵματ' εὐόλῳ βροτῷ ῥυσήματι
Καὶ ὁμίλῳ ἐνθρονίσῃ ἂν σοφωτάτων;
Δοῦτ' οὖν νέοι μουσηγετῷ δαπάζετε
Τοῦδ' ἱρ' ἀειγνώτου κ' ἄφατα μυσήρια.
Καὶ τ' ἀναχθονήσαντα νεῷ φιλήσατε.

I. Θι. Λ. Ε. Ε.

IN

IAMBLICHI CHALCIDENSIS PLATONICI PHILOSOPHI

Vitam Pythagoræ, ejusdemq́;
Protrepticas Orationes ad Philosophiam;

NUNC PRIMÙM

ab IOAN. ARCERIO THEODORETO FRISIO

Græcè & editas, & Latinitate donatas.

ADesto, quisquis & rei literariæ
Faves, & indagator es scientiæ
Antiquioris. En recludit jam tibi
Priscas Faviſſas θᾶκον ἀνὴρ, hactenus
Clausas malignitatis improbæ obice.
In queis patent ἀναστηῶ Sacraria
Consortii vitæ, velut coloribus
Depicta. Non Homerus expresit suis
Nympham OEbalin sic versibus: nec hanc
Sic pinxit artifex penicillo suo
Zeuxis tabella, quæ ferens imagines
Vivas ocellos pascit obtuentium,
Sed IAMBLICHUS, quam pingit, illa mentium
Refectiones conferet suaviſsimas.
Ringente Momo, & invidente litteris
Bonis, reductum Iamblichum in sedem vides
Et dignitatem pristinam, ut Chalcis suum
Civem recognoscat: suúmque Philosophum
Iam secla mortuum & sepultum plurima,
Quæ dicta cœle est Syria, omníque Achaia
Ἐν'ηγίτλω agnoscet OEnotria inclytum
Tellus procul dubio loquentem, seu sua
Balbutientem linguâ & ore, FRISIUS
Quod finxit Oceani ortus oram ad extimam,
Verùm hactenus tenebris Comatus obrutus,
Et consilens injuriâ ævi IAMBLICHUS,
Non Syriæ, nec Græciæ soli, ut solent:
Sed universo orbi loquentur postmodum.
Mortalium ægras ergo res perambulent,
Eáque restituant. Fave lector animis
Linguíque, Et auctorem καθ' ὅτι juva Θεῶ.

I. AR. Tbe. FIL.

Ο ΤΟΥ ΓΑΜΒΛΙΧΟΥ ΧΑΛΚΙΔΕΩΣ ΒΙΟΣ

κατὰ ΕΥνάπιον τὸν Σαρδιανὸν, ἐκ τῆς περὶ βίων.

ΜΕΤΑ τούτους ὀνομαςὸτατος ἔδοξέ τις φιλόσοφος Ἰάμβλιχος, ὃς ἦν καὶ κατὰ γένος μὲν ἐπιφανὴς καὶ τοῖς ἄριστα, καὶ τοῖς εὐδαιμόνων. Πατρὶς δ' ἦν αὐτῷ Χαλκὶς Συρίας ἐστὶν ἡ πόλις. Οὗτος Ἀνατολίῳ τῷ κατὰ Πορφύριον τὰ δεύτερα φερομένων συγγενόμενος, πολλὰ μὲν διέδυ καὶ εἰς ἄκρον φιλοσοφίας ἦκμασεν. Εἶτα μετ' Ἀνατόλιον Πορφυρίῳ προσδεὶς ἑαυτὸν, ἐκ ἔστιν ὅτι καὶ Πορφυρίῳ διήνεγκε, πλὴν ὅσον καὶ τὴν συνθήκην καὶ δύναμιν τοῦ λόγου, ὅτι γὰρ εἰς Ἀφροδίτην αὐτῷ καὶ χάριν τὰ λεγόμενα κέκαπται. ὅτε ἔχει λαμπρότητα τινὰ, καὶ τοῖς καθαροῖς καλλωπίζεται. ὁ μὲν ὑδὲ ἀσαφῶς πανταχῶς τυγχάνει, ὑδὲ καὶ τὴν λέξιν ἠμῤῥυθμισμένα, ἀλλ' ὥσπερ ἔλεγε περὶ Ξενοκράτους ὁ Πλάτων, ταῖς Ἑρμαϊκαῖς οὐ τίθυται χάρισιν. Οὔτε ἔχει κατέχει τὸ ἀκροατὴν, καὶ ἐπιτρέπει πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν, ἀλλ' ὑποτρέφειν καὶ ὑπονυστάζειν τὸ ἀκοὴν ἔοικε. Δικαιοσυνίῳ δὲ ἀσκήσας εὐκολίας

IAMBLICHI CHALCIDENSIS VITA

ex EVnapio Sardiano de vitis Philosophorum

Hadriano Iunio interprete.

IAmblichus, ut clarissimi nominis philosophus, ita & illustris genere, natus familia amplissima & locuplete. Patria illi Chalcis, Syriæ, quam Cœlen nominant, civitas. Hic cum Anatolio, qui à Porphyrio secundum locum obtinuit, consuetudinem aluit, sed multis eum modis superavit, & ad summum Philosophiæ gradum ascendit. Ab eo conjunxit se Porphyrio, quo nulla in re fuit inferior, præterquam in concinna orationis structura, dicendique facultate: neq; enim pari venere & gratia ab eo dicta, instructa fuere: neq; candorem habebant, & perspicuitatem: neq; puritate sermonis exornare scripta laborabat, quanquã non omninò obscuritate involuta sit aut vitium habeat oratio: sed (quod de Xenocrate dictitabat Plato) non sacrificavit Mercurialibus gratiis. Itaque lectorem non detinet, non obrepit illecebris quibusdam, & ad lectionem invitat, quin potiùs avertere & obtundere aures videtur. Ob justiciæ cultum, facilem

ad deorum aures accessum habuit: itaque plurimos nactus est contubernales & discipulos, qui undecumque gentium ad eum affluebant ad hauriendum animi cultū, quos inter difficile fuerit judicium, quis præcelluerit. In iis fuere Sopater Syrus eloquentiæ in dicendo ac scribendo summæ, AEdesius, EVstathius Cappadox, è Græcia Theodorus & EVphrasius, virtute excellentes viri, aliiq; multi non multò in dicendi facultate inferiores, ut mirum videri possit, quomodo unus omnibus suffecerit, erga cunctos ex æquo comis & benignus: quid, quod vix quidquā in suam gratiam agebat extra discipulos & sodales numinis religione tactus: plerumq; verò cum suis cōversabatur, convictum facilem sequēs & frugalem prisci seculi mensam apponens: in sympolio præsentes exhilarabat, & ceu nectare delibutos replebat: qui verò indefesso ejus audiēdi studio ardebāt, neq; satietatē ejusce voluptatis capere poterāt, assidui illi erant convivę, & productis in mediū, qui cæteros antecellebāt, his eum cōpellabāt verbis. Quid ita solus, divine præceptor, seorsum agitas? neque de absoluta tua sapiētia nobis quidquā impertis? rumor tamen ad nos emanavit per tuos ministros, te inter fundēdum preces videri ab humo plusquā cubitos 10. sublimem rapi atq; attolli, cor-

ἔτυχε θεῶν τοσαύτης, ὥστε πλῆθος μὲν ἅπαν οἱ ὁμιλοῦντες, φανερὰ δὲ ἐφοίτων οἱ παιδείας ὀρεγόμενοι· ἦν δὲ ἐν αὐτοῖς τὸ κάλλιστον δύσκριτον. Σώπατρος μὲν γὰρ ἦν ὁ ἐκ Συρίας ἀνὴρ εἰπεῖν τε καὶ γράψαι δεινότατος, Αἰδέσιός τε ΕΥστάθιος ἐκ Καππαδοκίας, ἐκ δὲ τῆς Ελλάδος Θεόδωρός τε καὶ ΕΥφράσιος, οἱ καὶ ἀρετὴν διαφέροντες. ἄλλοι τε πλῆθος ἐκ πολὺ λειπόμενοι καὶ τὴν ἐν λόγοις δύναμιν, ὥστε θαυμαστὸν ἦν, ὅπως πᾶσιν ἐπήρκει· καὶ γὰρ ἦν πρὸς ἅπαντας ἄφθονος. ὁλίγα μὲν οὖν χωρὶς τῆς ἑταίρων καὶ ὁμιλητῆς ἐφ' ἑαυτῷ, τὸ θεῖον σεβαζόμενος· τὰ δὲ πλείστα τοῖς ἑταίροις συνῆν· τὴν μὲν διαίταν ὢν εὔκολος ἐκ ἀρχαῖος· τῇ δὲ ὥρᾳ πρόσω ὁμιλίᾳ, τὰς παρούσας καθηδύνων καὶ διαπαιδᾶς ὡσαυτίκα· οἱ δὲ ἀλλήλως ἔχοντες, καὶ ἀκορέστως τῆς ἀπολαύσεως, νύκτωρ ἀυτῷ συνεχῶς· καὶ προσπαίμενοί γε τὰς ἀξίας λόγου πρὸς ἀυτὸν ἔφασκον· τί δῆτα μόνος ὦ διδάσκαλε θειότατε καθ' ἑαυτὸν τινὰ πράττεις, ἐ μεταδιδοὺς τελεωτέρας σοφίας ἡμῖν; καίτοιγε ἐκφέρεται πρὸς ἡμᾶς λόγος ὑπὸ τῆς σῶν ἀνδραπόδων, ὡς εὐχόμενος τοῖς θεοῖς, μετεωρίζῃ μὲν ἀπὸ τῆς γῆς πλέον ἢ δίκα πήχεις εἰκαζόμενος· τὸ σῶ-

μα δὲ οἱ μὴ ἠσθῆς εἰς χρυσοειδές τι κάλλος ἀμείβεται. παυομένῳ δὲ τῆς εὐχῆς, σῶμα τε γίνεται καὶ τὸ πρὶν εὔχαδες ὅμοιον· καὶ κατελθὼν ἐπὶ τῆς γῆς, τὴν πρὸς ἡμᾶς ποιῆ συνουσίαν. Οὗ τι μάλα γελασείων ἐγέλασεν ἐπὶ τούτοις τοῖς λόγοις Ἰάμβλιχος· ἀλλ' εἰπὼν πρὸς αὐτὸς, ὡς ὁ μὲν ἀπατήσας ὑμᾶς ἐᾷ ἦν ἄχαρις. ταῦτα δὲ ἐχέτω ἔχει, τὰ λοιπὰ δὲ ἐνδὸν χωρὶς ὑμῶν πραξόμεθα. Τοιαῦτα ἐπεδείξατο· εἰς δὲ τὸν ταῦτα γράφοντα ἦλθε παρὰ τοῦ διδασκάλου Χρυσανθίου τοῦ ἐκ Σάρδεων· ἐκείνος δὲ ἦν Αἰδεσίου μαθητὴς, Αἰδέσιος δὲ ἀνὴρ τῶν πρώτων τοῦ Ἰαμβλίχου, καὶ τῶν ταῦτα πρὸς αὐτὸν εἰρηκότων. Ἐλεγεῖον ἂν ἐπιδείξειε αὐτῷ μεγάλης τῆς θειότητος γεγηθέσθαι τὰς δέ. Ἥλιος μὲν ἐφαίνετο πρὸς τοῦδε ὄντως ὅρους ἤδη καὶ συνάπτων τῷ καλουμένῳ κυνὶ, καὶ θυσίας καιρὸς ἦν. Ἡ δὲ εὐπετὴς ἐν τινι τῶν ἐκείνου προαστείων· ὡς δὲ τὰ πάντα εἶχε καλῶς, ἐπὶ τὴν πόλιν ὑπέστρεφον, βάδην μὲν ἐκ σχολαίως προϊόντες· καὶ δὴ διαλέξεις ἦν αὐτοῖς περὶ θεῶν τῇ θυσίᾳ πρέπουσα· ἐν τῶν δὲ σιγήσας ὁ Ἰάμβλιχος μεταξὺ διαλεγόμενος, ὥσπερ ἀποπτοίᾳ φωνὴν καὶ τὸ ὄμμα εἰς ἓν γῆν ἀτενίζοντα χρόνον τινὰ ἱκανὸν ἅπαντα ἔβλεφεν εἰς τὰς ἴτας.

pus & veſtimentum in aureoſum colorem migrare, mox finitis precibus, in priſtinam redire ſpeciem corpus, actum demùm ad terram deſcendere, & in congreſſum colloquiumq; nobiſcum venire. Quibus dictis arriſit, quãquam ad riſum non perinde pronus Iamblichus, & in hæc verba reſpondit. Illepidus atque invenuſtus non fuit, qui iſtam in vos fallaciam intendit, at de cetero nihil abſque vobis actitabitur. Hoc ille de ſe documentum præbuit, quod à Chryſanthio Sardiano doctore ſuo AEdeſii diſcipulo, harum rerum ſcriptor accepit, qui quidem AEdeſius inter primos Iamblichi familiares fuit, corũque unus, qui ſuperioribus verbis apud eum uſi fuerunt. Adiecit idem & iſta divinitatis viri non obſcura indicia. Finitoris circuli extremos terminos ſol illuſtrabat, quo tempore cũ Cane cœleſti ſigno oritur ſimul: jamque tempus erat faciendi ſacrificii, quod appatabatur in ſuburbiorum uno, mox peractis ritè ſacris ad urbem revertebantur lento gradu tardéque inambulantes, orta diſputatione de Deo, non abſona ſacrificio. Tum fortè Iamblichus animo inter diſceptandum occupato alienatoque, & voce veluti interciſa, atque oculis aliquandiu in terram defixis & immotis ad comi-

tes respectans exclamat, Alia nobis ingredienda est via, quod cadaver non procul hinc elatum est: simulq; cum dicto iter aliò deflexit, quæ via purior videbatur, cumq; eo nonnulli diverterunt, quibus pudendum videbatur magistrum deserere: major pars quiq; pertinacioris erant ingenii, quorum in numero etiam AEdesius, inceptam institerunt viam, vanitati & hominis superstitioni rem adscribentes, ac more canum feram indagantium vestigiis sequebantur: nõ multò pòst accessere vespillones, qui mortuum tumularant, at ne sic quidem incœpto abstitere, percunctatique sunt, eámne viam priùs ingressi fuissent: quibus illi responderunt, ita necessum fuisse, quòd alia non duceret via. Adferebant divinius atq; isto incredibilius testimonium (quòd fortè impeditus fuisset ipsorũ visus minus acer, quòdque prærogativam ferret illius odoratus) voluisse periculũ facere maiori in re, quando Iãblichus ad illos dixit, id in sua voluntate situ non esse, sed ubi temporis se offerret oportunitas. Aliquãtò pòst tempore placuit cunctis stato ãni tẽpore accedere Gadara, q locus est thermarũ in Syria secũdas à Bajis in Romano imperio obtinẽs, quib. nullæ balneę calidæ cõparari possunt. Ibi hic cùm lavaret, pariterq; ceteri darent lavationi

ρους, καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐξεβόησεν· ἄλλην ὁδὸν εἰσορμώμεθα. Νεκρὸς γὰρ ἐντεῦθεν ἄναγχος παρακομίζεται. Οἱ μὲν οὖν ταῦτα εἰπὼν, ἄλλην ἐβάδιζε, καὶ ἤ τις ἐφαίνετο καθαρωτέρα· ἐπεσύρετο δὲ καὶ τινὰς ὑπόπτερον, ὅσοις τὸ καταλείπειν τὸν διδάσκαλον αἰσχύνης ἄξιον ἔδοξεν· οἱ δὲ πλείους καὶ φιλοναικότεροι τῆς ἑταιρείας, ἐν οἷς καὶ ὁ Αἰδέσιος ἦν, ἔμειναν αὐτοῦ τὸ πρᾶγμα ἐπὶ περιττείαις φέροντες, καὶ ἔλαχον ἀσαφῆ κύνες ἀνιχνεύοντες. καὶ ἅμα μὲν ἐπῆλθον οἱ θάψαντες τὸν τετελευτηκότα· οἱ δὲ οὐδὲ οὕτως ἀπέστησαν, ἀλλ' ἠρώτησαν εἰ ταύτην εἶεν παρεληλυθότες τὴν ὁδόν· οἱ δὲ ἀναγκαίως ἔφασαν ἔχειν· ἄλλην γὰρ οὐκ ἔφασαν ἔχειν. Ἔτι δὲ τούτῳ βεβαιότερον συνεμαρτύρησαν, ὡς ἐναχλοῖ ἡμῖν αὐτῆς πολλάκις μικρὸν ἔμπροσθεν φάσκοντες, καὶ ὀσφρήσεως ἴσως σοφὸν πλεονέκτημα. βούλεσθαι δὲ δῆθεν πεῖραν λαβεῖν ἑτέρου μείζονος· ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς, ἀλλ' οὐκ ἐπ' ἐμοίγε τοῦτο ἔλεγεν, ἀλλ' ὅταν καιρὸς ᾖ· μετὰ δὲ χρόνον τινὰ δόξαν αὐτοῖς εἶναι τὰ Γάδαρα, θερμὰ δέ ἐστι λουτρὰ τῆς Συρίας, τῆς μετὰ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐν Βαίαις δεύτερον. εὐπόρους δὲ οὐκ ἔστιν ἑτέρα παραβάλλεσθαι· πορεύονται καὶ αὐτὸν ἕως εἰς τὰ Γάδαρα τῷ ἔτει, ὁ μὲν ἐντυγχάνει λοιμοῦ, οἱ δὲ καὶ συνελοῦσι.

ὄντο. καὶ περὶ τῆς αὐτῆς ἐνίκων. μεσ-
διάσας δὲ ὁ Ἰάμβλιχος, ἀλλ' ἐπ
εὐσεβείᾳ ἔφη, ταῦτα ἐνδείκνυσθαι, μοῦ
ἵνα μὴ διαπράξηται, τῆς θερμῆς
πρωτῶν δύο τὰς μικροτέρας, τῆς δὲ
ἄλλων χαριεστέρων ἐπίλυσιν ὑπ-
τευθέντας τοὺς ὁμιλητὰς παρὰ
τῆς ἐπιχωρίων, ὅπως ἐκ παλαιοῦ
προσωνομάζοντο. εἰ δὲ τὸ προσ-
χθὲν ἐπιτελέσαντες, ἀλλ' οὐκ ἔχει
φράσαι εἶπον· ἀλλ' αὐτὰ μὲν ἐκεῖνος
παλαίεται· τῇ συμφωνίᾳ δὲ Ἀν-
τέρως ὄνομα δὲ αὐτοῖς ἐπιφαύσας
τῆς ὕδατος, ἐτύγχανε δὲ ἐπὶ πρω-
τοῖδος κατὰ τὴν ὑπόρυλησιν καθή-
μενος, καὶ βραχέα τινὰ προσφθέγ-
ξάμενος ἀπὸ τῆς πρώτης καίτοι
θεν παιδίον λευκὸν ἦν τὸ φαιδρόν,
καὶ μετρίως ὠμφηθὲς καὶ χρυσοει-
δὲς αὐτῇ κόμῃ, τὰ μετάφρενα
σφόδρα ἀφειδέλεον· καὶ ὅλον ἐοικὸς
λευκόμορφοις καὶ λελυμένοις. καὶ πλα-
γίαν δὲ τὴν ἐταίραν ἐπὶ θάτερα
τὸ πρόσωπον ἔκλινε, καὶ ἐμορφάσθη
σὺν καὶ σύνυς ἦν. ἐπανακλασθεῖσα αὐτὰ
φράσαι ἐξεπέλασεν ἕτερον ἔφηβον τῷ
πρόσθεν παραπλήσιον ἀπαλὸν μὲν
ὄντα καὶ νώμῃ μᾶλλον τοῦτον ἁλι-
ώδη παντὶ χιόνος· καὶ περιπλε-
κέντε ἀμφοτέρω αὐτῷ τὰ παιδία
καὶ καθάπερ γνησίῳ τινὶ πατρὶ
ἐμφύντα, περιέχετο. ὁ δὲ ἐκείνα
τὰ παῖδε θηλείας ἀπεδέξατο λήξας,

operam, nata de balneis disceptatione, renidens Iamblichus, tametsi religione, inquit, impediar, quo minus ista aperiam, vestra tamen id caussa fiet: simulq; iussit discipulos scisscitari à popularibus indigenis, quibus jam olim nominibus donati fuissent duo è calidis fonticulis minores, sed cæteris elegantiores verustioresque. Illi postquam imperata fecissent, negarunt se causam nominum posse rescire, uni tamen Amori nomen esse, alteri Anteroti deo amantium injuriæ vindici. Confestim ipse contacta manu aqua (sedebat enim fortè in crepidine fontis, ubi depletur ac superfunditur alveus) paucis admurmuratis verbulis, de fontis imo pusionem excivit, candidum, commoda statura, capillitio in fulvum aurum tincto, dorsi cute nitida, qui totus lavanti aut loto assimilis erat. Attonitis rei novitate comitibus, transeamus hinc ad proximum, inquit, fonticulum, simulq; exurgens præcedebat, in cogitatione defixus, ac suspenso vultu, ibiq; eadem, quæ prius, peragēs, alterum Amorē evocauit, prioris per omnia simile, extra comas nigrantes huic magis, & rutilas, per collum sparsas. Ambo pusiones circumfusi artis complexibus lamblicho velut naturali patri inhærebant, quos ille in proprias suas sedes cvestigiò restituit,

lotusq; exceſſit: obſtupefacto comitum & familiarium coetu, qui ab eo tempore ſcrutari quicquam deſierũt, & argumentis ac ſignis, quæ viderant, tanquam validis habenis pertracti, in omnibus credulos ſe præbuerunt. Ferebantur de illo in vulgus, & alia fidei abſona, monſtriq; ſimilia, quorũ ego nihil ſcriptis mandare volui, ratus id parum tutum eſſe, Deoq; invisum, ſi quis hiſtoriæ veraci & ſolida fide nixæ fabulas inanes, commentitias ac fluxas inſerat. Quid, quod & hæc ipſa ſcribo nõ ſine religione quadam, metuens ne rumores ſint & fictæ auditiones, niſi quod viros ſequor, qui fidem nõ adhibẽtes aliis, rei viſæ ſenſu permoti fuerunt: quicquid ſit, nemo omnium eius æqualium, quod equidem ſciam, iſtud, quod dixi, prodidit, referente modeſtè AEdeſio, nec ipſum ſcripſiſſe, nec alium quempiam eo audaciæ proceſſiſſe. Aetate Iamblichi vixit Alypius in dialecticis exercitatiſſimus, corpuſculo exiguo admodum, paulloque, quam cubitale aut Pygmæi, maiore: quod intuẽti videri poterat anima ſpiritúſve eſſe, vſque adeò quod corruptioni obnoxiũ erat, nihil adoleſcebat, ſed in divinã quandam naturã cõſumebatur. Vt igitur magnus ille Plato, divina corpora ait eſſe diverſa ab iis, quæ ſũt animis circũfuſa: ita dixerit nõ abſurdè

ἢ συβαζομένων τῆς ἰταλικῆς ἕξεως λεσδίμιος· εἰ δὲν μετὰ τῦτο ἐζήτησαν οἱ τῆς ὁμιλητῆς πλῆθος, ἀλλὰ διὰ τῆς φανείσης δεισιμαίμων, ὥσπερ ὑπ' ἀῤῥήκτε ῥυπῶρος εἵλκοντο, καὶ πᾶσιν ἐπίστευον. ἐλέγετο δὲ καὶ περιφοξότερα καὶ τερατωδέστερα. ἐγὼ δὲ τῦτων ἀπέγραφον εἰδὲν· σφαλερόν τι καὶ θνητοῖς πρᾶγμα ἡγούμενος εἰς σύγγραφὴν τάσσειν καὶ ἀπιστίαν ἐμποιεῖν ἀκοὴν ἀληθαρμόνιον δὲ ῥέυσαν· ἀλλὰ καὶ ταῦτα γε μὴν δεδοικὼς ἀκοὴν ἔσαν, πλὴν ὅσα γε ἐπόμαι ἀνδράσιν οἱ τοῖς ἄλλοις ἀπιστοῦντες πρὸς τὴν τῦ φανέντος αἴθησιν σωφρονέμφθησαν· ἑνὸς δὲ αὐτῦ τῶν ἑταίρων ἀνέραλφεν, ὅσπερ ἡμᾶς εἰδέναι τῦτο δὲ εἶναι μῦθος Αἰδεσίῳ φήσαντος, μήτε αὐτὸν γράφειν, μήτε ἄλλον τινὰ τολμᾶν. κατὰ τὰς Ἰαμβλίχυ καιρὰς ἦν καὶ ὁ διαλεκτικώτατος Ἀλύπιος, ὃς ἔτυχε μὲν σώματος μικροπρεποῦς, καὶ τὸ σῶμα παχυμερὲς περίβλημα ἐλάχιστον· ἰσχνὸν δύνασθαι δὲ καὶ τὸ φαινόμενον σῶμα, ψυχὴ καὶ νῦς εἶ· ὅτι τὸ φθειρόμενον οὐκ ἐδύνατο εἰς μήκη διαπαντὸς εἰς τὸ ἀθανατίζειν· ἕκαστα δὲ ὁ μέγας Πλάτων φησὶ τὰ θεῖα σώματα τὸ ἀναπαλὲς ἔχειν ἐγκείμενα ταῖς ψυχαῖς· ἔτως ἄν τις εἴποι καλλίονι ἐμ-

βεβηκέναι τῇ ψυχῇ καὶ συνίχεσθαι
καὶ παρατίθεσθαι παρὰ τῶν κρείττονος.
ζηλωτὰς μὲν οὖν εἶχε πολλοὺς ὁ Ἀ-
λύπιος· ἀλλ' ἡ παίδευσις ἦν μέ-
χρι συνουσίας μόνης· βιβλίον δὲ
προέφερεν οὐδείς· ὥστε μάλα ἀσμέ-
νως πρὸς τὸν Ἰαμβλιχον ἀφίξε-
το, ὡς ἐκ πηγῆς ὑφορμιζόμενος,
ἐμμενούσης καθ' ἑαυτὴν, ἐμφορησό-
μενος καὶ πούμενος· κατὰ δὲ τὸ κλέ-
ος ἀμφοῖν αὐξόμενον ἄνω καὶ συνέ-
τυχόν ποτε ἀλλήλοις ἢ συνηλίσαν
ἅπαξ ἢ τρίς· καὶ περιπαθῆσαι γε
αὐτὸς θαῦμα οἷον εἰκάσαι μεγά-
λα μυστήρια. Ἰαμβλίχου δὲ τὸ ἐπι-
σοφιθῆναι μᾶλλον ὑπομείναντος
ἢ τὸ ἐπισοφίσαι· ὁ Ἀλύπιος παρὰ
πᾶσαν ὑπόνοιαν ἀφεὶς ἅπασαν
φιλόσοφον ἐρώτησιν. τοῦ δὲ θεά-
τρου γενόμενος, εἰπέ μοι φιλόσοφε
πρὸς αὐτὸν ἔφη, ὁ πλούσιος, ἢ
ἄδικος, ἢ ἀδίκως πλουτῶν, καὶ
ἢ οὔ; τούτων γὰρ μέσον οὐδέν· ὁ δὲ
τὴν σπουδὴν τοῦ λόγου μιτήσας·
ἀλλ' οὐχ' οὗτος γε ἔφη θαυμασι-
ώτατε πάντων ἀνδρῶν ὁ ζῆτος
ἡμέτερος ἐξελέγχεως, εἰ τοῦ
τι περιττὸν ἔξω κατὰ τὸ σῶ-
τὸς, ἀλλ' εἴ τι πλεονάζει ἐν
τῇ οἰκείᾳ ἀρετῇ φιλοσόφου καὶ
πρέπουσαν. Ταῦτα εἰπὼν ἀ-
πεχώρησεν. Καὶ ἅμα σὺν αὐτῷ
καὶ ἡ σύλλογος.

aliquis etiã illũ in animã immigrasse, à qua detineatur possideaturq; velut à Deo. Hic Alypius multos habuit sectatores, sed eius institutio intra colloqui & privatę disputationis terminos stabat, libruq; nemo proferebat; quapropter summa alacritate animi ad Iamblichũ defluxerũt illi, tanquã è petẽnis fõtis exũdãte, nec intra alveũ sese cõtinẽte scatebra exsatiaturi se & affatim hausturi. Gliscente aũt utriusque fama, evenit ut casu obvii mutuo sibi occurrerẽt, veluti stellæ quæpiã, circũsessiq; adeò spisso theatro & auditorũ coetu, ut ingẽtis Musæi vicem repræsentaret, tenerẽtur. Itaq; dũ Iamblichus cunctatur, interrogari, quã prior quæstionem intentare, magis exspectans, Alypius præter omnem exspectationem, postpositis Philosophicis quæstionibus, corona hominum septum se videns, ad Iamblichum conversus; Dic mihi Philosophe, ingt, verúmne sit an nõ, Dives aut injustus, aut iniustis hæres: nihil enim hîc medium. Ille quæstionis aculeum perosus, Alienus, inquit, à nostra ratione iste disputationis modus est, vir eximie, si quis in rebus externis præter alios excellat, sed si virtutum, quib. Philosophum propriè ornatum esse decet, copiis circumfluat atque abundet. Quæ verba locutus discessit, simulque cum assurgente consessus omnis diffluxit.

Post

Post discessum seipsum colligens, ac quæstionis acumẽ secum admiratus frequenter in eius congressum colloquiumque privatim venit, supra modum admiratione ac laudibus virum prosecutus ob judicii subtilitatem & ingenii sagacitatem, defunctíq; vitam historicè absolvit: nam qui ista scribit, eum librum nactus fuit, multa caligine de industria obtectũ, & quasi alta nube perfusũ, nõ tam propter dictorum obscuritatem, quã quod prolixã Alypii cõtineat magisterium exercentis disputationem, cùm rerum disceptatarum, quatenus ratione nitantur nulla exstet memoria. Loquebatur idem liber profectiones Romam versus incredibiles, quib. causa nulla suberat, nec animi par magnitudo respõdebat: ostendit tamẽ multos fuisse viri illius admiratores: sed nullum illic testimonium facti dictíve memorabilis adfertur. Videtur certè præclarus ille Iamblichus eodẽ laborasse malo, quo pictores, qui formosulos in ætatis flore cõstitutos dũ pingũt, volũtq; picturę lenociniũ quoddã & gratiã de suo adijcere, totã depravãt repręsentatã effigiẽ, sic ut & ab exẽplari proposito pariter, & à vera forma aberrõt. Simili modo & iste, dũ veritatis studio laudare virũ satagit, demõstrat, quàm atrocia in judiciis suo sęculo exercita supplicia, quã grauib. æruñis presti fu-

ἀπιὼν δὲ ἐφ' ἑαυτὸν ἐκ τῆς πρὸς τὸν ὀξύτητα θαυμάσιος, πολλάκις τε ἰδίᾳ συνίστη αὐτὸν, καὶ ὅτως ὑπερηγάσθη τὸν ἄνδρα τῆς ἀκριβείας καὶ σωφίσεως, ὥστε καὶ ἀπελθόντος βίον συνέγραψε. καὶ ἐντυχὼν ὁ ταῦτα γράφων τοῖς γεγραμμένοις, τὰ γεγραμμένα δὲ ὑπὸ τῆς συνθήκης ἐμελαίνετο, καὶ νέφος αὐτοῖς ἐπέβαλλε βαθὺ, οὔ τι δι' ἀσάφειαν τῶν λεγομένων, ἀλλὰ διὰ σπάνιον εἶχε τὸν Ἀλυπίου λόγον μακρόν τινα, καὶ διαλέξεων ἐπ' ἀπείρων μίαν λόγον ἐχουσῶν, διὸ καὶ μίαν τε εἰς τὴν Ῥώμην ἔφραζε τὸ βιβλίον, αἷς οὔτε αἰτία προσῆν, οὔτε τὸ τῆς ψυχῆς συνεφαίνετο μέγεθος· ἀλλ' ὅτι εἵπετο πολλοὶ τε θηρῶντες τὸν ἄνδρα παραδηλοῦσι, καὶ τιδὲ εἶπεν ἢ ἔφραζεν ἀξιόλογον, οὐκ ἀφηρέθησαν· ἀλλ' ἔοικεν ὁ θαυμάσιος Ἰάμβλιχος ταυτὸν πεπονθέναι τοῖς γραφικοῖς, οἵτινες ἐν ὥρᾳ γράφοντες, ὅταν χαρίσωνταί τι παρ' ἑαυτῷ εἰς τὴν γραφὴν βουληθῶσι, τὸ πᾶν εἶδος τῆς ὁμοιώσεως διαφθείρουσιν· οὕτω ἅμα τι τῷ παραδείγματος ἡμαρτηκέναι καὶ τῷ κάλλους, ὥστε καιρός, ἐπαινέσαι προειλόμενος ἀεὶ τὴν ἀλήθειαν, τὸ μὲν μέγεθος ἐμφαίνει τῶν καθ' ἑαυτὸν ἐν τοῖς δικαστηρίοις κολάσεων καὶ

ἀτυ-

ἀτυχημάτων αἰτίας δ' εἰπὼν τούτους, ἢ προφάσεις, ὅτι πεφυκὼς ἐξηγεῖσθαι πολιτικῶς, ὅτε προελόμενος, τὸν πάντα χαρακτῆρα σωιέχει τῆς βίου μόλις τοῦτο καταλιπὼν τοῖς ὀξυδορκοῦσι ξυλλαβεῖν, ὅτι φ ἄνδρα ἐθαύμαζε, καὶ διαφέροντος αὐτὸν τὸ τε παρὰ τὰ δεινὰ καρτερίας, καὶ τὸ ἀνέκπληκτον, ἵν' τε ἐν τοῖς λόγοις ὀξύτητα καὶ τομὴν κατεσκευάζετο. ὃς Ἀλεξανδρείας δὲ ἦτος ἦν· καὶ τὰ μὲν εἰς Ἀλύπιον, ταῦτα· καὶ τελευτᾷ γε ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γηραιὸς, Ἰάμβλιχός τε ἐπ' αὐτῷ, πολλὰς ῥίζας τε καὶ πηγὰς φιλοσοφίας ἀφείς. Ταύτης ὁ ταῦτα γράφων τῆς φορᾶς ἐτύγχανεν. Ἄλλοι μὲν γὰρ ἀλλαχοῦ τῆς εἱρημένων ὁμιλητῆς διεσπάρθησαν εἰς ἅπασαν τὴν Ῥωμαίων ὑπήκοον. Ἀιδέσιος δὲ κατέλαβε τὸν Μύσιον Πέργαμον.

cerint mortales, sed causas & primas origines, unde illa nata sint, cùm explicare politicè non valeret, neq; magnū in eo laborem collocaret, totam vitæ formulam lineamentáq; omnia confudit, vix oculatissimis quibusq; percipiendum illud relinquens, quod Alypium suspiceret, quod eius in periculis malisq; constantiam & animi firmitatē præterea orationis acrimoniā & penetrationem probaret. Erat aūt Alexandrinus gente Alypius, de quo hactenus, decessitque in patria senio confectus: & post eum Iamblichus, multis emissis sparsisq; philosophiæ radicibus ac fontibus. In hūc eruditorum hominum proventū incidit, qui ista scribit: nam è cōmemoratis discipulis alius aliò per universam Rom. Imperii ditionem variè distracti sunt: in quibus Aedesius Pergamum Mysiæ sedem sibi delegit.

Τέλος τῦ βίου τῦ Ἰαμβλίχου καὶ Εὐσταθίου.

Iamblichi vitæ per Eunapium Sardianum scriptæ Finis.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΒΙΟΣ ΕΚ ΣΟΥΙΔΑ.

ΙΑΜΒΛΙΧΟΣ Χαλκίδος τῆς Συρίας φιλόσοφος, μαθητὴς Πορφυρίου τοῦ φιλοσόφου τοῦ Πλωτίνου ἀκροατοῦ, γεγονὼς κατὰ τοὺς χρόνους Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως, ἔγραψε βιβλία φιλόσοφα διάφορα.

EIUSDEM IAMBLICHI VITA EX SVIDA.

IAMBLICHUS ex Chalcide urbe Syriæ oriundus philosophus, discipulus Porphyrii philosophi qui Plotini fuit auditor, vixit circa tēpora Constantini Imperatoris. Scripsit varios libros in Philosophia.

Meminit Commentarius Græcus Sopatri, Syriani & Marcellini in Hermogenem *pag. Aldi edit. 382.*

Καὶ Πυθαγόρας δὲ, ὡς Ἰάμβλιχός φησιν ἐν τῷ περὶ τῆς Πυθαγορείου αἱρέσεως, μίσει γυναῖκα ἀγοραζομένους, νεανίαν τινὰ σὺν αὐλητῇ κωμάζοντα μετὰ λαμπάδος κατὰ αὐλητρίδος, τότε οἶκον αὐτῆς ἐμπρῆσαι· αὐτόν τε δὴ ζηλοτυπίας, ἐπείγε τῆς μανίας παραλευσάμενος τῇ αὐλητρίδι μεταβάλλειν τὸν ῥυθμὸν δαί τι καταση μαλικώτερον μέλος, τὸ καλούμενον ἀνάπαιστον. Locus est lib. 1. cap. 25.

Meminit Iulianus Imperator. Cujus aliquot ad ipsum Epistolas perquam elegantes subdere placuit.

IULIANUS IMPERATOR IAMBLICHO PHILOSOPHO, *Petro Martinio Morentino Navarro interprete.*

VLyssi satis fuit ad filii de ipso opinionem coërcēdum dicere, *Non sum de superis, quid me immortalibus aquas?*

At ego ne hominem quidē esse me dicere ausim, ut est in proverbio, quādiu absum ab Iamblicho: Veruntamē eius studiosum cupidumq; esse me concedam, sicut ille pater Telemachi. Quamuis enim indignum me aliquis fortasse dixerit, attamen non propterea me à tui amore abstrahet. Nam & multos egregiarum statuarū amatores fuisse audio, qui nō solùm artificis laudi nihil obfuerint: verùm etiam suo erga illas amore veram vivámq; voluptatem operi addiderint. Quod autem me veteribus illis sapi-

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΙΑΜΒΛΙΧΩ ΦΙΛΟΣΟΦΩ.

Ὀδυσσεῖ μὲν ἐκήρυττε τῷ παιδὸς τὴν ἐφ' αὑτῷ φαντασίαν διασύλλογιστι, λέγων,

ΟΥ̓τοι τις Θεὸς εἰμὶ· τί μ' ἀθανάτοισιν ἐίσκεις;

Ἐγὼ δὲ οὐδ' ἂν ἄνθρωπον εἶναι φαίην ἄν, ὡς ὁ λόγος, ἕως ἂν Ἰαμβλίχῳ μὴ συνῶ· ἀλλ' ἐρασὴς μὲν εἶναι ὁμολογῶ, καθάπερ ἐκεῖνος τῷ Τηλεμάχῳ πατήρ. Κἂν γὰρ ἀνάξιον μέ τις λέγῃ, ἀλλ' οὔτω τῷ ποθεῖν ἀφαιρήσεται. Ἐπεὶ καὶ ἀγαλμάτων καλῶν εἰκόνα πολλὰς ἐρασὰς γεγένθαι, μὴ μόνον τῷ δημιουργῷ τὴν τέχνην μὴ βλάψαντας, ἀλλὰ καὶ τῷ περὶ αὐτὰ πάθει τὴν ἔμψυχον ἡδονὴν τῷ ἔργῳ προσθέντας. τῷ γε μὴν καλῶν καὶ σοφῶν ἀνδρῶν, οἷς ἡμᾶς

ἐκείνως εἰκῆ μοι θέλεις παίζων, ὁ-
σῶτον ἀπέχειν φαίην, ὁπόσον ἐμοὶ τῆς
φοιτῶντος ἐθνους μέτεστι πίστεως.
Εἶεν σὺ γὰρ Πίνδαρον μόνον; ἢ καὶ Δη-
μόκριτον ἢ Ὀρφέα τὸν παλαιὸν ἄλλον, ἀλ-
λὰ καὶ πᾶσαν ὁμοῦ τὸ Ἑλληνικὸν, ὁ-
πόσον εἰς ἄκρον φιλοσοφίας ἐλθεῖν
μεμουσώμεθα, καθάπερ ὁ λυσιπό-
νων φθόγγων ἑταῖρος ἐκεῖνος ἀνὴρ,
πρὸς τὸ ἐντελὲς ἁρμονίας χεῖρα τείνας
ὡσαύτως Ἄργον τὸ φύλακα Διὸς οἰῶν μύ-
θοις ὑφορείαις ἔχοντα τὸν Διὸς παιδιῶν,
ἀποκλίναις ἀνύδροις ὀφθαλμῶν βο-
λαῖς πειρᾶται σῶν ἔτω καὶ σὲ ἴσθι
σιον ἀρετῆς φύλακα καθαροῖς παιδεύ-
σεως ὀφθαλμοῖς ὁ λόγος φωτίζει.
Πρῶτα μὲν δὴ τὸν Αἰγύπτιον φασὶ
πολλαῖς μορφαῖς ἑαυτὸν ἀλλάτ-
τειν, ὡσανεὶ δή τι μαθητὴς δοκοῦ-
νοις, ὡς ἦν σοφὸς, ἀποφήνας. Ἐγὼ δὲ εἰ
περ ἦν ὄντως σοφὸς Πρωτεὺς, καὶ οἷος
πολλὰ τῶν ὄντων γινώσκειν, ὡς ὁ μῦθος
λέγει, τὰ μὲν ὧν πρὸς φυσιολογίαν ἐπαι-
νῶ, καὶ γνώμης δεξιᾶς ἔχεσθαι δίδωμι μὴ
φιλανθρώπου τινὸς, ἀλλὰ δυσκόλου τρόπου
ἔργον ἐπιδείκνυται, ἵνα μὴ χρή
σιμος ἀνθρώποις ᾖ. Σὺ δὲ εἰ σοφὸς εἶ,
τίς ἐκεῖνος ἐλπίδος; ἢ μᾶλλον ὁποῖος σὺ
δῆτα τὸν Πρωτέως τοῦ σοφοῦ τίτλον εἰκῇ
μὴ μᾶλλον ὡς ἀρετὴν, ἀκριβῆ κατορθοῦν
ὧν χρὴ καλῶν, ἐφθονεῖς ἀνθρώποις·
ἀλλ' ὥσπερ ἥλιος καθαρὸς ὢν ἀφθό-
νως ἀκτῖνας ἀφιεὶς ἐπὶ πάντας ἴσας,

entibus ludes assoribus, tantùm me ab iis abesse sentio, quantum deorum gregò ac disciplina me esse profiteor. Tu verò non solùm Pindarum aut Democritum aut Orpheum illum antiquissimum, sed omnes omninò Graeciae philosophos, qui in eo genere floruisse memorantur, tanquam in lyrae variis è sonis concentu ad perfectam Musicam conjunxisti: atq; ut Argum illum qui Iovis delicias custodiebat, pervigilibus oculis undiq; poetae obscipunt: sic te virtutis verum & germanum custodem puris doctrinae luminibus illustrat eloquentia. Ajunt Proteum illum Aegyptium se in varias formas commutasse, quasi veritum ne imprudens hominibus requirentibus sapientem se esse demonstraret. Ego verò, si quidem sapiens fuit reipsa Proteus, & is qui multas res cognosceret (sicut vult Homerus) de scientia eum laudo, de ingenio nō laudo: non enim viri bōni & liberalis, sed impostoris improbi officio fungebatur, cum eo se occultaret, ne hominibus prodesset. At te, vir clarissime, quis non jure admiretur, tùm quod Proteo sapientiae laudem concedis, tùm multò magis, quod virtutem, summamq; rerum optimarum scientiam nemini invides, sed instar nitidi solis tuos illustres radios in omnes emittis,

non modò præsentes docendo: sed etiam absentes, quoad licet, scriptis tuis ornando. In quo sanè Orpheum illum nobilem superas. Ille siquidem Musicam suam in beluis demulcendis consumebat: tu tanquam ad salutem humani generis in hoc mundo collocatus, omnibus locis AEsculapii manum imitaris, vocéq; ista facunda & salutari omnes orbis partes perlustras. Quocirca mihi videtur Homerus, si reuiuisceret, multò iustius illud de te usurpare posse:

Vnus adhuc vivus læto versatur in orbe.

Nam ignis ille antiquæ formæ nobis tanquam scintilla quædam sacra veræ atq; uberis doctrinæ à te uno fovetur atq; alitur. Atq; utinam (ô Seruator Iupiter, & sancte Mercuri) contingat Iamblichum optimum, id est, commune orbis terrarum commodum, longissima vita frui. Certè cùm veteres pro Hometo, Platone, Socrate, & si quis alius in orbem hunc incidit, iusta vota feliciter atq; ex animi sententia fecerint, vitamq; illorum hoc modo produxerint: non erit incommodum, hominem nostra ætate viris illis & vita & oratione parem, similibus votis ad summam senectutem cum omnium felicitate transmittere.

ὰ μόνον τοῖς παρεῦσι τὰ εἰκότα ξυγγράφων· ἀλλὰ καὶ ἀπόλαυε, ἐφ' ὅσον ἔξεστι, τοῖς παρὰ σαυτῷ συμμύωσι. Νικᾷς δ' ἂν ἴσως καὶ τὸν Ὀρφέα τὸν καλὸν, οἷς φασί τινες· εἰ γὰ ὁ μὲν τὴν οἰκείαν μουσικὴν εἰς τὰς τῶν θηρίων ἀγωγὰς κατηνάλισε· σὺ δὲ ὠφέλησας τὴν κοινὴν τῶν ἀνθρώπων γένος τραχθεὶς, Ἀσκληπίου χεῖρα παύλαχοῦ ζυλῶν, ἅπαντα ἐπέρχῃ λογίῳ τε καὶ σωτηρίῳ πνεύματι. ὥστε μοί γε δοκεῖ καὶ Ὅμηρος, εἰ ἀνεβίω, πολλῷ δικαιότερον δύναιτο ἐπί σοι εἰπεῖν τὰ ἔπος αἰνίξασθαι, τὸ,

Εἷς δ' ἔτι που ζωὸς κατερύκεται· εὐρέϊ κόσμῳ.

Τὸ γὰ πῦρ τὸ παλαιᾶς κόμματος ἡμῖν οἱονεὶ σπινθήρ τις ἱερὸς ἀληθὲς καὶ γονίμως παιδεύσεως ὑπό σοι μόνῳ ζωπυρεῖται. καὶ εἴη γε Ζεῦ σῶτερ, καὶ Ἑρμῆ ἅγιε, τὸ κοινὸν ἁπάσης τῆς οἰκουμένης ὄφελος, Ἰάμβλιχον τὸν καλὸν ἐπὶ μήκιστον χρόνον πρεῖαι· πάντως που καὶ ἐφ' Ὁμήρῳ καὶ Πλάτωνι καὶ Σωκράτει, καὶ εἴ τις ἄλλος ἄξιος τῷ χορῷ τούτῳ, δικαίας εὐχῆς ἐπιτυγμα τοῖς πρότερον εὐτυχήσασιν, ὕστερον ἐς ἐπίπονα καιρὸς ἐπὶ μεῖζον πύξασιν· εἰ δὲ μὴ κωλύει καὶ ἐφ' ἡμῖν ἄνδρα καὶ λόγῳ καὶ βίῳ τῷ ἀνδρὶ ἐπίπονα ἀνταξίως, ἐφ' ὁμοίαις εὐχαῖς ἐς τὸ μακρότατον βίου γῆρας ἐπ' εὐδαιμονίᾳ τῇ ἄλλων παρεκπέμπειν.

β. Ἰαμ-

Β. ΙΑΜΒΛΙΧΩ.

Αἰνῶ μέν σε τῆς ἐν τῇ μέμψει γλυκύτητος, καὶ ὡς ἑκάτερον ἐξ ἴσου πράττεις, καὶ οἷς γράφεις τιμῶν, καὶ οἷς ἐγκαλεῖς παιδεύων. ἐγὼ δὲ εἰ μέν τι συνῄδειν ἐμαυτῷ τὸ πρός σε γιγνόμενον καὶ κατὰ μικρὸν ἐλλείπειν τι, πάντως ἂν τὰς προφάσεις εὐλόγους εἶπον, ἐπειρώμην, ὡς ἐνῆν, τὴν μέμψιν ἐκκλίνειν, ἢ συγγνώμῃ σε μαρτεῖν αἰτῶν οὐκ ἠρνούμην. ἐπεὶ μηδὲ ἄλλως ἀσύγγνωστον οἶδά σε πρὸς τοὺς σούς, εἴ τι τῇ πρός σε φιλίᾳ ἐξήμαρτον ἀκούσης. νῦν δὲ ἐγὼ μὲν ἦν ὅτε παρόφθην αὐτὸς ἐμαυτόν, ὅτι πόας ἀμελεῖν, ἵνα τύχοιμι ὧν δεῖ ζητοῦσης σοῦ δῶ· μὴν φέρε σοι καθάπερ ἐν ὄρᾳ γραφῆς ἀπολογήσομαι, καὶ δείξω μηδὲν ἐμαυτὸν ὧν ἐχρῆν, ὡς σε παριδεῖν, ἀλλὰ μηδὲ μελλῆσαι τολμήσασα. ἦλθον ἐκ Παννονίας ἤδη τρίτον ἔτος τοῦτο, μόλις ἀφ' ὧν οἶδα κινδύνων καὶ πόνων σωθείς. ὑπερβὰς δὲ τὸν Χαλκηδόνιον πορθμὸν καὶ ἐπισχὰς τῇ Νικομήδους πόλει, σοὶ πρῶτον καθάπερ πατρίῳ θεῷ τὰ πρωτόλεια τῆς ἐμαυτοῦ σωτηρίας ἐπέθυσα, εὐαρέστου τῆς ἀφίξεως τῆς ἐμῆς, οἷον ἀνάθημά τι καὶ ἱερεῖον εἰς ὑπόρρησιν ἐκπέμπων καὶ ἡγούμενος γράμματα βασιλέων ἀπαγγεῖλαι τοῖς Ἰουλιανοῦ φίλοις,

II. IAMBLICHO.

Sentio tuam in reprehendendo dulcedinem, & quemadmodum utrumq; pariter efficias, ut & non scribendo ornes, & reprehendendo erudias. Ego verò si mihi essem conscius vel tantillum officio erga te meo defuisse, certè aliqua probabili ratione crimen conarer effugere, quantum possem, aut delicti veniam petere non recusarem: præsertim cùm te sciam non esse tuis implacabilem, si quid per imprudentiam in amicitia offenderint. Nunc autem (neque enim cunctationem aut inertiam res ferebat, si modò assequi aliquandò volumus, quæ semper optavimus) constituti tibi tanquam coram judice res esset, causam dicere, nihilque à me, secus quàm oporteret, vel negligentia vel tarditate commissum esse, probare. E Pannonia veni tertio ab hinc anno, vix ex illis periculis & laboribus, quos tu minimè ignoras, ereptus. Cùm autem fretum Chalcedonium trajecissem, & ad urbem Nicomedis appropinquassem, tibi primo quasi patrio deo prima pro salute mea vota persolvi, cùm ad te signum adventus mei, quasi donarium aliquod sacrum, salutationem misi. Literas autem ferebat unus è regiis satellitibus, nomine Iulianus,

Bacchyli filius, genere Apameus, cui propterea libentius Epistolam tradidi, quod & istuc ire & te optimè nosse ajebat. Posteà verò mihi absenti tanquam ab Apolline sacra Epistola allata est, qua te libenter de meo adventu cognovisse declarabas. Fuit verò mihi tanquam lætum omen, & initium bene sperandi, sapiens ille Iamblichus, & Iamblichi literæ. Quid hîc commemorem quantoperè lætatus fuerim, aut quemadmodum legendis tuis literis affectus? Si enim de hac re literas nostras accepisti (quas tabellario cuidam ex iis, qui ad nos hinc venisti, dedimus ad te perferendas) certè quantam ex iis voluptatem coepisti, è nostris verbis intelligis. Iterum autem cùm domum rediret educator meorum liberorum, alteras ad te literas misi, quibus & tibi de prioribus tuis literis gratias agebam, & simul in posterum mutuas à te literas flagitabam. Posteà venit ad nos legatus clarus vir Sopater, quem quidem hominem agnoui, continuò exsilui, eumque complexus fleui præ gaudio, quòd nihil nisi te ac tuas literas augurarer. Quas ut accepi, osculatus sum, & ad oculos admovi, mordicusq; tenui, quasi veritus, ne inter legendum imago vultus tui ex oculis meis sensim evolaret. Et quidem statim rescripsi, non

Βακχύλου παῖς, Ἀπαμεὺς τὸ γένος, ᾧ διὰ ταῦτα μάλιστα ἡδέως ἐπιστολὴν ἐπεμελόμην, ὅτι καὶ πρὸς ὑμᾶς ἥξειν, καὶ σε ἀκριβῶς εἰδέναι καθυπεσχνεῖτο. ταῦτά μοι καθάπερ ἐξ Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἐφοίτα παρὰ σοῦ γράμμα λέγων ἄφιξιν τὴν ἡμετέραν ἀσμένως ἀπηγγέλθαι δοκοῦντος. ἦν τοῦτο ἐμοὶ δέξις ἀγαθὴ καὶ φήμη καὶ χρησῶν ἐλπίδων ἀρχή, Ἰάμβλιχος ὁ σοφὸς, καὶ τὰ Ἰαμβλίχου γράμματα· τί με δεῖ λέγειν ὅπως πύθοιό μου, ἢ ἀκηκοὼς τὴν ἐπιστολὴν ἔσαθον σημαίνειν; ἐγὼ γὰρ ἐδεξάμην τὰ παρ' ἡμῶν ἐπεκομίζειν γράμματα, ἵν' δὲ δι' ἡμέρου δρόμου τὴν ἐκεῖθεν ἀκοὴν ὡς σε σῶν ἀφίκοιτο ἀπόλαυσις ὁπόσον ἐπ' ἀνθρώποις ἡδονὴν ἔχον, ἀφ' ὧν ἐδήλουν γράφοντος. πάλιν δὲ παρὰ τοῦ λιχάδος τοῦ γραφέως τὴν ἐμαυτοῦ παιδίαν, ἐπιστολὴν ἦρχον πρὸς σε γραμμάτων, ὁμοῦ μὲν τὴν ἐπιστολῆς φθάνουσι χάριν ὁμολογῶν, μὲν πρὸς δὲ ἐξῆς ἐν ἀσφαλεῖ σοῦ τὴν ἀνθίδοσιν αἰτῶν, μηδὲ αὐτὸν ἐφορίσασθαι ὡς ὑμᾶς ὁ καλὸς Σώπατρος· ἐγὼ δὲ ὡς ἔδιον αὐθωπιάσας ἔχα, καὶ περιπλακεὶς ἐδάκρυον ὑφ' ἡδονῆς, ἐδεξάμην ἄλλο τι σεμνὸν παρὰ σοῦ πρὸς ἡμᾶς ἐπεστολῶν γράμμα, ὡς δὲ ἔλαβον, ἠσπασάμην, καὶ πρὸς ὀφθαλμοὺς ἤγαγον, καὶ ἀπρίξ εἶχόμην, ὥστε μὴ λάθῃ με ἐκπτᾶσα ἐν ταῖς γραμμάτων ἀναγνώσει τὸ τῆς σῆς εἰκόνος ἄφθογγον. καὶ δὴ καὶ ἀντέγραφον εὐθὺς,

ε 3 ἐπεὶ

ΕΠειδὴ καὶ ἤδη τὰ μέχρι τοῦδε ὑπὸ διηλθομεν περὶ Πυθαγόρου τε καὶ τῶν Πυθαγορείων, ἴσως δὴ τὸ μὴ τάττειν καὶ τὰς σποράδην ἀφηγήσεις εἰωθυίας λέγεσθαι ποιησώμεθα, ὅσαι οὐ χωροῦσιν ὑπὸ τὴν προειρημένην τάξιν. λέγεται τοίνυν ὡς φωνῇ χρῆσθαι τῇ πατρῴᾳ ἅπασιν παρήγγελλον, ὅσοι τῶν ἑλλήνων προσῆλθον πρὸς τὴν κοινωνίαν ταύτην. τὸ γὰρ ξενίζειν οὐκ ἐδοκίμαζον. προσῆλθον δὲ καὶ ξένοι τῇ Πυθαγορείῳ αἱρέσει καὶ Μεσσηνίων καὶ Λευκανῶν καὶ Πικεντίνων καὶ Ῥωμαίων. καὶ Μητρόδωρός τε ὁ Θύρσου τοῦ πατρὸς Ἐπιχάρμου, καὶ τῆς ἐκείνου διδασκαλίας τὰ πλείονα πρὸς τὴν ἰατρικὴν μετενήνεχας, ἐξηγούμενος τοὺς τοῦ πατρὸς λόγους. πρὸς τὸν ἀδελφὸν φησὶ, τὸν Ἐπίχαρμον, καὶ πρὸ τούτου τὸν Πυθαγόραν τῶν διαλέκτων ἀρίστην λαμβάνειν τὴν Δωρίδα καθάπερ καὶ τὴν ἁρμονίαν τὴν Μουσικῆς. καὶ τὴν μὲν Ἰάδα καὶ τὴν Αἰολίδα

λίδα μετειχηκέναι τῆς διαχρώματος προσῳδίας, Ἀττίδα δὲ καὶ ἀκριβέστερον μετειχηκέναι τοῦ χρώματος. τὴν δὲ Δώριον διάλεκτον ἐναρμόνιον εἶναι συστήσασθαι ἐπὶ τῆς φωνήεντα γραμμάτων. τῇ δὲ Δωρικῇ διαλέκτῳ μαρτυρεῖν τὴν ἀρχαιότητα καὶ τὸν μῦθον. Νηρέα γὰρ γῆμαι Δωρίδα τὴν Ὠκεανοῦ. τούτῳ δὲ μυθεύεσθαι γεγενῆσθαι τὰς πεντήκοντα θυγατέρας, ἐν αἷς καὶ τὴν Ἀχιλλέως μητέρα. λέγειν δέ τινας φασὶ Δευκαλίωνος τοῦ Προμηθέως, καὶ Πύρρας τῆς Ἐπιμηθέως γεγενῆσθαι δῶρον, τὴν δὲ Ἑλλάνα, τὸν δὲ Αἴολον. ἐν δὲ τοῖς Βαβυλωνίων ἀναφέρειν ἥρωϊ, Ἑλλάνα γεγενῆσθαι Διὸς καὶ δῶρον καὶ Ξοῦθον, καὶ Αἴολον, οἷς ὑφηγουμένοις καὶ αὐτὸν εἰς Ῥόδον. ὁποτέρως μὲν οὖν ἔχει περὶ τῆς ἀρχαίων δὲ συμφέρειν ἡγήσασθαι ταχέως, τοῖς νεωτέροις καταμαθεῖν. ὁμολογούμενον δὲ δεῖ καθάπερ τῆς ἱερέων συναγωγῆς τὸ ἀριστοκρατικὸν εἶναι τῆς διαλέκτου τὴν Δωρίδα, καὶ δὲ ταύτης τῆς Αἰολίδα, μιγέντων ἀπὸ Αἰόλου Ἰωνόμου. Ξούθου δὲ τὸν Γλαῦκον γεγονότα ἐκ Γενοῦς τῆς Ξούθου. Τετάρτην δὲ τὴν Ἀττί-

guas participes esse coloris prosodiæ seu accentus. Atticam verò colorum nimis luxuriosè & abundanter fuisse studiosam. Doricam autem dialectum numerosam ac probè constitutam, apteque ex vocalibus literis esse connexam. Huic linguæ ipsam antiquitatē ac fabulam testimonium perhibere. Siquidem Nerea Doridem Oceani filiam in uxorem duxisse. Huic autem fabulæ tradunt natas fuisse illas quinquaginta filias, è quarū numero fuerit & Thetis Achillis mater. Quosdam verò ait perhibere, linguam tum Græcanicam, tum etiam Acolicam Deucalionis, qui filius erat Promethei, & Pyrrhæ, quæ Epimethei filia, donum esse & munus. In Babyloniorum aūt factis audire se Hellenem Iove natam fuisse. huius deinde donum exstitisse & Xuthum & Æolum, quorum ductu atque imperio ipse in Rhodum usque insulam quoque secutus sit. Cæterūm utro modo se res habeat de antiquis illis, haud ita facilè fuerit, quod verum est, percipere, & inuenibus perdiscere. In confesso autem est ex utraque eam sacra scilicet, quàm prophana historia astrui, linguam Doricam reliquiarum omnium longè esse antiquissimam. Post hanc Æolicam, quæ ab Æolo nomen sortita est. Tertiam verò esse Ionicam, quæ ab Ione Xuthi filio exstitit. Quartam esse Atti-

cam, cui hoc fuerit impositum nomẽ ab Creusa Erechthei filia. sic autẽ vocitatam tribus seculis post eos, qui prius apud Thracas vixerunt, & Erithyæ raptum, uti pleræque historiæ declarant. Orpheum item, qui omniũ poetarum antiquissimus fuit, Dorica usum dialecto. In medicina eos maximè ajunt recipere ipsesiem illam, quæ est de victus ratione ac modo, inque eo hoc agere, ut sintquàm exactissimi expertissimique, & conari primum quidem, ut perdiscant signa temperamẽti, tam cibi quàm potus, itẽq; quietis: Deinde de ipsa cõditione & quasi constructione earum rerum, quæ assumuntur, penè primos conatos fuisse & commentari aliquid & definire. Pythagoræi etiam præcæteris, qui ante eos fuerunt, maximè adhibent. cataplasmata & emollientia remedia, medicamenta verò seu potiones minus probant: illis verò ipsis maximè utuntur in hulceribus seu suppurationibus. in incisionibus autem & ustionibus omnium minimè adhibent, & admittunt. Vtuntur verò etiam eæ minibus ad nonnullas infirmitates atque invaletudines pellẽdas. Eos verò fugere & evitare dicuntur, qui disciplinas cauponantur, aniculisque ceu diversoriis januas aperientes quibusvis, qui accedunt, hominibus. Quod si autem ne sic quidem invenerint, quibus juven-

δὲ τεθειμένῳ ἀπὸ Κρεούσης τῆς Ἐρεχθέως, πληθείσας δὲ ἕξ σὶ γλυκαῖς ὕστερον τῶν πρότερον κατὰ Θράκας καὶ τὴν Ἐρεθηΐδας ἁρπαγήν, ἃς οἱ πλείους τῶν ἱστορικῶν ἀποφαίνουσι. κεχρῆσθαι δὲ τῇ Δωρικῇ διαλέκτῳ καὶ τὸν Ὀρφέα φασὶ πρεσβύτερον ὄντα τῶν ποιητῶν. [Τῆς δὲ ἰατρικῆς μάλιστα φασὶν αὐτοὺς ἀποδέχεσθαι τὸ διαιτητικὸν εἶδος, καὶ εἰς ἀκριβείας τοῦτο ἐξεργάζεσθαι, καὶ πειρᾶσθαι πρῶτον μὲν καταμανθάνειν σημεῖα συμμετρίας πρῶτόν τε καὶ σιτίου καὶ ἀναπαύσεως. Ἔπειτα περὶ αὐτῆς τῆς κατασκευῆς αὐτῶν προσπραγματεύεσθαι πρώτους ὑπολαμβάνειν τε πραγματεύεσθαι καὶ διορίζειν, μάλιστα δὲ καὶ τῶν πλασμάτων ὧν πλείστους τοὺς Πυθαγορείους. ἧττον προσέχειν τὸν περὶ τὰ φαρμακεῖα τρόπον, δοκιμάζειν, αὐτῶν δὲ τούτων πρὸς τὰς ἑλκώσεις μάλιστα χρῆσθαι. τὰ δὲ περὶ τὰς τομὰς καὶ καύσεις ἧκιστα πάντων ὑπομένειν καὶ χρῆσθαι δὲ ἔνια ἐπιδαῖς πρός τινα τῶν ἀῤῥωστημάτων. παραιτεῖσθαι δὲ λέγονται τοὺς τὰ μαθήματα καὶ τὰς ἐπιστήμας καὶ τὰς ἐντεύξεις περιδεχόμενα ἀνθρώπους καὶ τὰ πρόθυρα ἐπανοίγοντας παντὶ τῷ προσιόντι. Ἐὰν δὲ μηδὲ οὕτως εὑρίσκωσιν οἷς τὰ ἀγαθὰ ταῦτα ἐπιτηδεύουσι, αὐτοὶ ἐπιζητοῦσι εἰσιτέας πόλεις καὶ συλλήβδην ἐρασταβιοῦσι τὰ γυμ-

τὰ χυμιάσια καὶ τοὺς νέους, καὶ μισθὸν τῶν ἀτιμήτων πράττοντας. αὐτὸν δὲ συμπυρπλᾶσθαι πολὺ τῶν λεγομένων, ὅπως οἱ μὲν καθαρῶς παιδδόμενοι σαφῶς αὐτῶν μεταλαμβάνωσιν. οἱ δὲ ὥσπερ Ὅμηρος φησὶ τὸν Τάνταλον λυπῶνται παρόντων αὐτῶν ἐν μέσαις τῇ ἀκουσμάτων. μηδὲν ὠφελοῦντας. λέγειν δ' αὐτοὺς οἶμαι καὶ περὶ τὸ μισθοῦ διδάσκειν τοὺς προσιόντας, οὓς καὶ χείρους τῶν ἑρμοχλύφων, καὶ ἐπὶ διφρίων τεχνιτῶν ἀποφαίνουσι. τοῦ μὲν γὰρ ἐνδομίου τινὸς Ἑρμοῦν ζητεῖν εἰς τὸν ἁρμόττουσιν τῆς μορφῆς ξύλον ἐπιτήδειον. οὓς δὲ πρὸς χείρους ἐκ πάσης φύσεως ἐρχάζεσθαι τὴν ἀρετῆς ἐπιτήδευσιν. προνοεῖν δὲ δεῖν μᾶλλον λέγουσι φιλοσοφίας, ἢ γονέων καὶ γεωργίας. τοὺς μὲν γὰρ γονέας καὶ τοὺς γεωργοὺς αἰτίους εἶ τοῦ ζῆν ἡμᾶς· τοὺς δὲ φιλοσόφους καὶ παιδεύσεις εὖ ζῆν, καὶ φρονήσαι τὴν ὀρθὴν οἰκονομίαν εὑρόντας. ὅτε δὲ λέγειν ἢ τι συγγράφειν ἤθως ἤξιε, ὡς πᾶσι τοῖς ἐπιτυχοῦσι, καὶ ἀδήλοις ἐξ τὰ ῥηθησόμενα, ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο πρῶτον διδάξαι λέγεται Πυθαγόρας τοὺς αὑτοῦ προσφοιτῶντας, ὅπως ἀκρασίας ἅπασης καθαρεύσαντες, ἐν

tur, eos in urbes effusos, &, ut summatim dicam, re ipsa involant in gymnasia, atque iis operam suam locant, juvenesq; ad se pelliciunt, & mercedem colligunt inæstimabilem. Ipsum verò simul multa ex iis, quæ dicuntur, occultare, ut qui purè instituti sunt, illorum palam participes evadãt. Alii, ut inquit Homerus de Tantalo, contristantur, dum præsentes sunt in mediis lectionibus ac auditionibus, nec re ulla fruuntur. Suspicor autem eos etiam dicere de iis, qui propter pretiũ illos, qui accedunt, docent, quos etiam pejores statuariis & artificibus curulib. declarant: Etenim cùm quis Mercuriũ vult fingere, vt eum alicubi statuat, is quærit in formæ constitutionem lignum accommodũ. alios verò ex quavis natura promptè studium virtutis operari. Philosophiæ verò majorem curam adhibendã esse ajunt, quàm parentum atq; agriculturę. Siquidem parentes & agricolas autores esse quod vivamus: homines verò Philosophos ac magistros ut & benè vivamus & recta vitę administratione inventa sapiamus. Ita aũt sua instituebat, ut nec dicere, nec conscribere vellet, ne, quę sentiret, quibusvis obviis innotesceret. Verùm hoc ipsum Pythagoras discipulos suos primùm docuisse dicitur, ut ab omni intemperantiâ se purgantes sermones cum gaudio animique

lætitia, silentióve, quos audituri essent, conservent. Itaque qui primus indignis enuntiavisset aptæ itemq; ineptæ conjunctionis naturam, ut orationum fierent participes, ita ajunt ab ædibus arceri & prohiberi solitos fuisse, ut non ex communi solùm convictu usuque domestico exterminati sint: sed ipsius etiam sepulchrum fuisse structum paratumque veluti hominis qui ex communi hominum vita ac familiaritate decessisset, iamque alius quodam modo factus esset. Alii divinum illis numen etiam iratum esse asseverant, qui Pythagoræ mysteria enuntiavissent. Eum enim penitus interiisse & mari absorptum fuisse, qui impiè egisset, hoc est, qui indicavisset contuberniũ, quod illi ab viginti quos habebat, angulis εἰκοσαγώνου σύστασιν vocabant. Hoc verò habebat duodecim sedilia, unumque erat ex quinque dictis firmis ac stabilibus figuris, quæ in sphæram globumque producerentur. Nonnulli verò illi homini, qui de rationis experte forma, simulque de inepta conjunctione enunciavisset, hoc usu venire dixerunt. Cæterùm universa Pythagoræ institutio, vivendi regula seu ratio agendi peculiarem habebat morem, eratque sacramentis ceu tesseris quibusdam involuta, similis ænigmatibus quibusdam & griphis apophthegmatum, quæ ab magnis & fortibus ho-

ἐχεμυθησίᾳ φυλάττωσιν, ὡς ἂν ἀκροάσονται λόγους. τὸν γοῦν πρῶτον ἐκφάναντα τὴν τῆς συμμετρίας καὶ ἀσυμμετρίας φύσιν τοῖς ἀναξίοις μετέχειν τῶν λόγων, οὕτω φασὶν ἀπορραγῆναι, ὡς μὴ μόνον ἐκ τῆς κοινῆς συνηθείας καὶ διαίτης ἐξοικισθῆναι, ἀλλὰ καὶ τάφον αὐτοῦ κατασκευασθῆναι, ὡς δὴ τοῦ μεταχωρήσαντος ἐκ τοῦ μεταξὺ ἀνθρώπων βίου, τοῦ ποτε ἑτέρου γενομένου. οἱ δὲ φασὶ καὶ τὸ δαιμόνιον νεμεσῆσαι τοῖς ἐξαφορέσασι τοῦ Πυθαγόρου ποιησαμένοις. φθαρῆναι γὰρ ἀσεβήσαντα ἐν θαλάσσῃ τὸν δηλώσαντα τὴν τοῦ εἰκοσαγώνου σύστασιν. τοῦτο δ' ἦν δωδεκάεδρον ἐν τοῖς πέντε λεγομένοις σχημάτων, εἰς σφαῖραν ἐκτείνεσθαι. ἔνιοι δὲ τὸν περὶ τῆς ἀλόγου καὶ τῆς συμμετρίας ἐκφέροντα τοῦτο παθεῖν ἔλεξαν. ἰδιόρρυθμός τε μὴν καὶ συμβολικὴ ἦν ἡ σύμπασα Πυθαγορείων ἀγωγή, αἰνίγμασί τισι καὶ γρίφοις * ἀποφθεγμάτων ὁμοία, διὰ τὸ ἀρχαΐζειν τὸ χαρακτῆρι καθά-

καθάπερ καὶ τὰ θεῖα τῷ ὄντι καὶ πυθόχρηστα λόγια, δυσπαρακολούθητά πως καὶ δυσερμήνευτα φαίνεται τοῖς ἐκ παρέργου χρησμῳδουμένοις. τοσαῦτα ἄν τις καὶ ἀπὸ τῆς ἱστορίας λεγομένων τεκμήρια ἂν παράθοιτο περὶ Πυθαγόρου τε καὶ τῆς Πυθαγορείων.

minibus producta essent, quòd charactere & forma orationis prisca uterentur, quemadmodum & ea, quæ verè divina sunt, & ab Deo edita oracula videntur inimitabilia, quæque nemo sequi & interpretari possit iis, qui quasi aliud agendo & obiter responsa petunt. Atque hæc talia & tanta quis etiam ab iis, quæ sparsim ab eo dicta fuerunt indicia, cùm de Pythagora, tum etiam de Pythagoreis apposuerit.

Κεφ. λε.

Τίς ἡ ἐπανάστασις κατὰ τῶν Πυθαγορείων ἐγένετο, καὶ παρ' οὗτινος Πυθαγόρας, καὶ διὰ τίνας αἰτίας ἐπιβουλὴ αὐτοῖς οἱ Τυρρήνιοι καὶ ἀλιτήριοι ἄνδρες.

CAP. XXXV.

Quomodo in Pythagoreos fuerit insurrectum, atq; ubi fuerit Pythagoras, & propter quas causas Tyrannici & exitiales scelestiq; homines ipsis sint impositi.

Ἦσαν δέ τινες οἱ προσεπολέμουν τοῖς ἀνδράσι τούτοις καὶ ἐπανέστησαν αὐτοῖς. ὅτι μὲν οὖν ἀπόντος Πυθαγόρου ἐγένετο ἡ ἐπιβουλή, πάντες σωμολογοῦσι. διαφέρονται δὲ περὶ τοῦ τότε ἀποδημίας. οἱ μὲν πρὸς Φερεκύδην τὸν Σύριον, οἱ δὲ εἰς Μεταπόντιον λεγόντες ἀποδεδημηκέναι τὸν Πυθαγόραν. αἱ δὲ αἰτίαι τῆς ἐπιβουλῆς πλείονες λέγονται, μία μὲν ὑπὸ τῆς Κυλωνίων λεγομένων ἀνδρῶν, τοιάδε λεγομένη. Κύλων ἀνὴρ Κροτωνιάτης γένει μὲν καὶ δόξῃ καὶ πλούτῳ διαφορεύων τῆς πολιτῆς, ἄλλως δὲ χαλεπὸς ἦσκαὶ βίαιος καὶ θορυβώδης καὶ τυραννικὸς τὸ ἦθος, πᾶσαν προθυμίαν παραλαμβάνων πρὸς τὸ κοινωνῆσαι τῷ Πυ-

Erant autē nonnulli qui cum hisce viris belligerabant, atq; in eos gravissimè concitata seditione insurrexerunt. At enim Pythagora absente insidias structas fuisse uno omnes ore fatentur. Verùm de peregrinatione, quæ tum accidit, discrepant. Alii quidem Pythagoram ad Pherecydem Syrium, alii verò in Metapontium profectum fuisse dictitant. Causæ verò insidiarum plures commemorantur. una ab viris, qui Cylonii vocantur talis refertur. Cylō vir erat Crotoniata, genere quidem & dignitate divitiisq; inter omnes cives primas tenens: sed cætera asperis præditus moribus, violentus & seditiosus, adeóq; tyrannicus, qui omnem alacritatem animíque propensionem ac diligentiam adhibebat, ut cum Pythago-

goræorum vitæ institutis communionem haberet. Cumque ipsum Pythagoram jam senem accessisset, ob causas modo dictas repulsam tulit. Eo verò facto acre & magnum bellum suscepit & ipse Cylo, & ejus amici ac familiares, contra ipsum Pythagoram simul & amicos. Atque adeò gravis & vehemens, adeoque intemperans & immoderata exarsit tum ipsius Cylonis, tum eorum, qui cum ipso quasi in acie constituti ordinatique erant, concertatio æmulatioque, ut ad ultimos usque Pythagoræos ea continuata sit. Pythagoras igitur ob hanc caussam in Metapontium profectus est, ibique mortē cum vita commutasse dicitur. Cylonii verò jam dicti cum Pythagoræis continenter dissidere, omnemq; malevolentiam atque odium ostendere pergebant. Sed interea Pythagoræorum probitas & integritas, itemq; urbium ipsarum voluntas, ut ab istis Respublicas administrari vellent, aliquantisper præpollebant. Ad extremū verò res eousque processit, & usque adeo illis viris est insidiatus, ut in Mylonis ædibus Crotone congregatis Pythagoræis, & de rebus hostilibus consultantibus domo succensa viros exusserint, exceptis duobus Archippo scilicet & Lysside. Qui cùm maximè adulta essent ætate, & maximis corporis viribus, foris concîsi & obtruncati

θαλορείᾳ βίῳ, καὶ προσελθὼν πρὸς αὐτὸν τὸ Πυθαγόραν ἤδη πρεσβύτερον ὄντα ἀπεδοκιμάσθη διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας. ὠργισμένου δὲ τούτου πόλεμον ἰσχυρὸν ἤρατο, καὶ αὐτὸς καὶ οἱ φίλοι αὐτῷ τε τῷ Κύλωνος πρὸς αὐτόν, τε τὸν Πυθαγόραν καὶ τοὺς ἑταίρους, καὶ οὕτω σφοδρὰ τις ἐγένετο ἔρις καὶ φιλοτιμία αὐτῷ τε τῷ Κύλωνι Κύλωνος, καὶ τῶν μετ' ἐκείνων τεταγμένων, ὥστε διαβεβηκυῖαν μέχρι τῶν τελευταίων Πυθαγορείων. Οἱ μὲν δὴ Πυθαγόρας διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἀπῆλθεν εἰς τὸ Μεταπόντιον, κἀκεῖ λέγεται καταστρέψαι τὸν βίον. οἱ δὲ Κυλώνιοι λεγόμενοι διετέλουν πρὸς Πυθαγορείους στασιάζοντες, καὶ πᾶσαν ἐνδεικνύμενοι δυσμένειαν. ἀλλ' ὅμως ἐπεκράτει μέχρι τινὸς ἡ τῶν Πυθαγορείων καλοκαγαθία, καὶ ἡ τῶν πόλεων αὐτῶν βούλησις, ὥστε ὑπ' ἐκείνων οἰκονομεῖσθαι βέλτιστα περὶ τὰς πολιτείας. τέλος δὲ εἰς τοσοῦτον ἐπιβέβλυσε τοῖς ἀνδράσιν, ὥστε ἐν τῇ Μύλωνος οἰκίᾳ ἐν Κρότωνι συνεδρεύοντων Πυθαγορείων, καὶ βουλευομένων περὶ πολεμικῶν πραγμάτων, ὑφάψασθαι τὴν οἰκίαν, καὶ ἐκκαυσαι τοὺς ἄνδρας, πλὴν δυοῖν, Ἀρχίππου τε καὶ Λυσίδος. ἦσαν τελεώταται ὄντες καὶ εὐρωστότατοι διέξοδοι

σταίσαντο

παύσαντο ἔξω πᾶς. ἡμουένου δὲ τούτου, καὶ λόγον οὐδένα ποιησαμένων τῆς πολλῶν περὶ τὸ συμβάντος πάθους, ἐπαύσαντο τῆς θεμιτολίας οἱ Πυθαγορεῖοι. συνέβη δὲ τοῦτο δι' ἀμφοτέρας τὰς αἰτίας, διάτε τὴν ὀλιγωρίαν τῆς πολεμίων. τῶ τοιούτω γὰρ κὴ τηλικούτω ἡμουένω πάθους, ἀδημίαν ὄχις ροφὴν ἐποιήσαντο, ἔς τε τὴν ἀπώλειαν τῶν ἡγεμονικωτάτων ἀνδρῶν, τῶν δὲ δύο τῆς περισωθέντων, ἀμφοτέρων Ταραντίνων ὄντων, ὁ μὲν Ἄρχιππος ἀνεχώρησεν εἰς Τάραντα, ὁ δὲ Λύσις μισήσας τὴν ὀλιγωρίαν ἀπῆρεν εἰς τὴν Ἑλλάδα, κὴ ἐν Ἀχαΐᾳ διέτριβε τῇ Πελοποννησιακῇ. Ἔπειτα εἰς Θῆβας μεληθεὶς ἀπεδήμησε τινὸς ἡμουένης, ὅπερ ἐγένετο Ἐπαμινώνδας ἀκροατής, καὶ καλέσαντα τὸν Λύσιν ἐκάλεσεν, ὡς δὴ καὶ τὸν βίον καταστρεψόμενον. οἱ δὲ λοιποὶ τῶν Πυθαγορείων ἀπέστησαν τῆς Ἰταλίας, πλὴν Ἀρχύτου τοῦ Ταραντίνου. ἀθροισθέντες δὲ εἰς τὸ Ῥήγιον, ἐκεῖ διέτριβον μετ' ἀλλήλων. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, καὶ τῶν πολιτευμάτων ἔτι τὸ χεῖρον προβαινόντων, ἦσαν δὲ οἱ ἀπουδαιότατοι τε Φάντων καὶ Ἐχεκράτης καὶ Πολύμναστος καὶ Διοκλῆς Φλιάσιοι, Ξενόφιλος δὲ Χαλκιδεὺς, τῆς ἀπὸ Θράκης Χαλκιδέων,

perierunt. Quod cùm factum esset, & pleriq; de ea clade, quæ accidisset, nec rationem habuissent ullam, nec illi prospexissent, Pythagorei sese à cura rei gerendæ abdicaverunt. Contigit aũt hoc propter utrasque causas, tum propter hostium contemptum. nam cùm tale tantumq; scelus designatum atque edita clades esset, susq; deq; habuerunt, neque in authores animadverterunt: tum etiam propter præstantissimorum virorum internicionem. Ex illis verò duobus, qui conservati erãt, cùm uterq; natione Tarentinus esset, Archippus quidem Tarentum secessit, Lysis verò concepto in contemptionem & despicientiam odio in Græciam discessit, atque in Achaia Peloponnesiaca commoratus est. Deinde propter singulare aliquod studiũ Thebas demigravit, cujus Epaminondas auditor fiebat, & Lysin patrem vocavit, ubi etiam diem suum obiit. Reliqui verò Pythagorei Italia excesserũt, præter Archytam Tarentinum. Rhegii autem congregati, ibiq; collegio facto simul inter se versati sunt. Quum autem temporis progressu ac pedetẽtim publicæ res, earumq; administrationes in deterius procederent, Phanto & Echecrates, itemq; Polymnastus & Diocles ambo Phliasii, adhæc Xenophilus Chalcidensis, ab Chalcide urbe Thraciæ oriundus, omnium cum vir-

tutum, tum literarum homines longè ſtudioſiſſimi optimiq́ue erant. Igitur mores & diſciplinas, quæ fuerant ab initio, obſervarunt. Verùm deficiente illa ſecta, velut in genere omninoq́ue evanuerunt. Atque hæc ſunt quæ cõmemorat Ariſtoxenus. Nicomachus autem cætera cum iis conſentit. Cæterùm inſidias haſce circiter Pythagoræ peregrinationem accidiſſe memorat. Nam ad Pherecydem Syrium præceptorem ſuum in Delum inſulam profectus eſt, ipſum curaturus à morbo, qui vulgò phthiriaſis, &, ut ſic dicam, pedicularis appellatur, in quem inciderat, ut jam morti vicinus eſſe, vel ſi exſtinctus foret, funeraturus. Itaq; qui ab illis rejecti publicaq́; infamia notati erant, tunc in eos irruerunt, atq; omnes prorſus, qui ubiq; eſſent incendio abſumpſerunt, nec non ipſi ab hominibus impudicis Græcisq́; Italiotis dictis, quòd Italiam incolerent, ob hanc rem lapidibus obruti & inſepulti abjecti fuerunt. Tunc igitur contingebat, ut cum ſcientibus ſcientia una deficeret, poſteaquam illa ut res arcana non enunciata, nec docta in ipſorũ pectoribus, eouſque conſervata eſſet. Quæ autem ſola intellectu difficilia, & apud externos aperta atque explicata eſſent, ea paucis admodum exceptis commemorari contigit, quæ nonnulli in aliis nationibus tum verſati, ceu re-

ἐφύλαξαν μὲν οὖν τὰ ἐξ ἀρχῆς ἤθη καὶ τὰ μαθήματα. καίτοι ἐκλειπούσης τῆς αἱρέσεως, ὡς ἐγγυτάτω ἠφανίσθησαν. ταῦτα μὲν οὖν Ἀριστόξενος διηγεῖται. Νικόμαχος δὲ τὰ μὲν ἄλλα συνομολογεῖ τούτοις. παρὰ δὲ τὴν ἀποδημίαν τοῦ Πυθαγόρου φησὶ γεγονέναι τὴν ἐπιβουλὴν ταύτην. ὡς γὰρ Φερεκύδην τὸν Σύριον διδάσκαλον αὐτοῦ νοσοῦντα, εἰς Δῆλον ἐπορεύθη νοσοκομήσων * ἀπ' αὐτὸν φθειριῶντα νοσήματι, τῷ ἰσορρυμένῳ τῆς φθειριάσεως πάθει καὶ κηδεύσων. τότε δὴ οὖν οἱ ἀποστυγηθέντες ἀπ' αὐτῶν καὶ ἐπιλιθοβοληθέντες ἐπέθεντο αὐτοῖς, καὶ πάντας παντάχῃ ἐνέπρησαν, αὐτοί τε ὑπὸ τῶν Ἰταλιωτῶν κατελεύσθησαν ἐπὶ τούτῳ καὶ ἐξερρίφησαν ἄταφοι. τότε δὴ οὖν συμπίπτειν συνέβαινε τὴν ἐπιστήμην τοῖς ἐπισταμένοις. ἅτε δὴ ἄρρητον ἐπ' αὐτῷ ἐν τοῖς στήθεσι διαφυλαχθεῖσαν μέχρι τότε. τάττε δυσύνετα μόνα καὶ διαπύστα παρὰ τοῖς ἔξω διαμνημονεύεσθαι συνέβη, πλὴν ὀλίγων πάνυ, ὅσα τινὲς ἐν ἀλλοδημίαις τότε τυχόντες διέσωσαν ζώπυρα, ἅτινα πάνυ ἀμυδρὰ

μυδρὰ ἐ διυθήρατα. καὶ οὗτοι
μὲν μονωθέντες, καὶ ἐπὶ τῷ συμ-
βάντι οὐ μετρίως ἀθυμήσαντες,
διεσπάρησαν μὲν ἄλλος ἄλλα-
χῆ. καὶ οὐκέτι κοινωνεῖν ἀν-
θρώπῳ τινὶ λόγου τὸ παράπαν ὑπέμενον. μονάζοντες
δ' ἐν ταῖς ἐρημίαις, ὅπου ἂν
τύχῃ καὶ κατάκλεισοι τὰ πολ-
λὰ τὴν αὐτὸς ἑαυτῷ ἕκασος
συνουσίαν ἀντὶ παντὸς ἡσύ-
χιζον. διυλαβούμενοι δὲ μὴ
παντελῶς ἐξ ἀνθρώπων τὸ
φιλοσοφίας ὄνομα, καὶ θεοῖς αὐ-
τοῖ δῆθ' ἅτε ἀπεχθανόμενοι,
διολίσαντες ἅρδην τὸ πλεῖ-
στον αὐτῆς δῶρον, ὑπομνήματά
τινα κεφαλαιώδη καὶ σύμβολα
συστησάμενοι, τά τε τῆς πρισ-
βυτέρου συγγράμματα, ἐ ὧν
διεμέμνητο, σωναλίσαντες κα-
τέλιπον ἕκασος οὗ ἐτύγχα-
νον. τελευτῆσι ἐπισήψαντες τέ-
οις, ἢ θυγατράσιν, ἢ γυναιξὶ
μηδενὶ διδόμεναι τῆς ἐκτὸς
τὰς οἰκίας. αἱ δὲ μέχρι πα-
πόλυ χρόνου τοῦτο διετήρησαν,
ἐκ διαδοχῆς τὴν αὐτὴν ταύ-
τὴν ἐντολὴν ἐπιτελοῦσαι τοῖς ἐπι-
γίνοις. ἐπαιδεύκει Ἀπολλώνιος περὶ
τούτων αὐτῶν, ἐστὶ ὅπου διαφω-
νεῖ, πολλὰ δὲ καὶ προσλέγει
τῆς μὴ ἐρημέρων περὶ τού-

liquias quasdam & scintillas, quæ valdè essent obscuræ & captu difficiles conservarunt. Etenim hi soli derelicti, & ob rem, quæ acciderat, non mediocriter animis consternati, singuli hâc atque illâc fuerunt dissipati, & cum nullo mortalium prorsus vel verbo communicare sustinuerunt. Soli autē illi, qui in locis solitariis agerent, ubicumq; copia daretur, & ut plurimum concluſi suum quisque convictum semper libenterq; accipiebant. Diligēter verò caventes, ne Philosophiæ nomen ex hominibus evaneſceret, prorsusq; occideret, ipsiq; ideò diis inviſi fierent, tanto ipsorum dono ac munere funditùs disperdito, monumenta quædam brevia, quasi parvis capitibus comprehensa ac symbola composuerunt, & scripta ac lucubrationes antiquorum, eaq;, quorum memoriā habebant, ceu in unum fascem collecta, singuli quo in loco versabantur, reliquerūt. Ad ultimum filiis, aut filiabus, aut uxoribus jurejurando obstrictis imperaverunt, ne cuiquam eorum, qui essent extra ipsorum familiam, illa vel darent vel communicarent. Illæ autem multo temporis spacio hoc observarunt, per successionem hoc idem præceptum ad posteros transmittētes. Verūcùm & Apollonius de hisce ipsis alicubi diversū sentiat, multa verò etiā addat eorum, quæ hisce dicta non fue-

runt, agedum hujus quoque narrationem de insidiis in Pythagoreos structis adjiciamus. Ait igitur illos statim à pueris invidiam aliorum secutam fuisse. Siquidem homines, quoad quidē omnibus qui eum accederent, dissetebat, Pythagoram in deliciis pretioque habebant. Postquam verò cum solis discipulis consuetudinem habere cœpit, eviluit de eo existimatio, & authoritas imminuta fuit. Patiebantur quidē ejus, qui extrinsecus adveniret, illum studiosum esse, at qui illi plus, quàm indigenis videbantur deferre, graviter indignabantur, & contra se suspicabātur statui agiq; comitia. Deinde etiam cùm juvenes essent ex numero illorū, qui in magistratu & dignitatibus versantur, itemq; qui fortunæ splendore in reliquis mortalibus eminent, eveni ebat ętate antecedente eos non modo in propriis ædibus primas tenere, verū etiam cōmuniter urbem administrare. Sanè posteaquam magnam societatē coiissent, superarunt numerum omninò trecentorum, sed exigua erat urbis pars, nec iisdem moribus nec studiis administrata. Imò verò quàm diu locū, qui contigit, habuit, & Pythagoras illic versaretur, constitutio post urbis constructionem inveterata, permansit miserrimè afflicta, & quærens ecquo modo posset invenire occasionē mutationis. Postquam autem Sybarim

τοις, φερέ δὴ καὶ τὴν τούτου παρεμπεσώμεθα διήγησιν περὶ τῆς εἰς τὰς Πυθαγορείους ἐπιβουλῆς. λέγεται τοίνυν αὐτῷ ἐκείνοις παρακολουθεῖν μὲν εὐθὺς ἐκ παίδων ὁ φθόνος οὐδαμῆ τῆδε ἄλλων. οἱ γὰρ ἄνθρωποι, μέχρι μὲν διελέγετο πᾶσι τοῖς προσιοῦσι, Πυθαγόραν ἡδέως εἶχον. ἐπεὶ δὲ μόνοις ἐτύγχανε τοῖς μαθηταῖς, ἠλαττοῦτο. καὶ τὸ μὲν ἀξιοῦν ἥκιστος συνεχώρουν ἀκούειν· τοῖς δὲ ἐγχωρίοις πλεῖον φέρεσθαι δοκοῦσιν ἤχθοντο, καὶ παρ' αὐτοῖς ὑπερβάλλον γίνεσθαι τὴν σωφροσύνην. ἔπειτα καὶ τὴν τῶν νεανίσκων ὄψιν ἐκ τῶν ἐν τοῖς ἀξιώμασι, καὶ ταῖς οὐσίαις προεχόντων, σωφρονεῖν προαγούσης τῆς ἡλικίας μὴ μόνον αὐτοὺς ἐν τοῖς ἰδίοις οἴκοις πρωτεύειν, ἀλλὰ κοινῇ τὴν πόλιν οἰκονομεῖν. μεγάλου μὲν ἑταιρείαν συνηγμένην, ἧσαν γὰρ διακόσιοι, μικρὸν δὲ μέρος τῆς πόλεως οὖσι τῆς οὐκ ἐν τοῖς αὐτοῖς ἤθεσιν, οὐδ' ἐπιτηδεύμασιν ἐκείνοις πολιτευομένης. οὐ μὴν, ἀλλὰ μέχρι μὲν οὗ ἡ ὑπάρχουσα χώρα ἐκέκτητο, καὶ Πυθαγόρας ἐπεδήμει, διέμενεν ἡ μὴ τὸν συνοικισμὸν κεχρονισμένη κατάστασις δυσαρίστως μένη, καὶ ζητοῦσα καιρὸν εὐσταθοῦς μεταβολῆς. ἐπεὶ δὲ Σύβαριν ἐχειρώ-

χειρώσαντο, καὶ ἐκεῖνος ἀπῆλθε, καὶ τὸ δορίκτητον διωκήσαντο μὴ κατὰ πλῆθος χθῆναι καὶ τὴν ἐπιθυμίαν τῶν πολλῶν, ἐξερράγη τὸ σιωπώμενον μῖσος, καὶ διέπεσε πρὸς αὐλοὺς τὸ πλῆθος. ἡγέμονες δὲ ἐγένοντο τῆς διαφορᾶς, οἱ ταῖς συγγενείαις ταῖς οἰκειότητι μάλιστα καὶ θειότητι τῶν Πυθαγορείων, αἴτιοι δ' ἦν. τὰ μὲν πολλὰ αὐτοὺς ἐλύπει τῶν πραττομένων, ὥσπερ καὶ τοὺς τυχόντας ἐφ' ὅσον ἰδία μὲν ἔχε περὶ τοὺς ἄλλους· ἐν δὲ τοῖς μεγίστοις, καθ' αὑτὸν μόνον ἐνόμιζον ἐν τῇ ἀτιμίᾳ. ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ μηδένα τῶν Πυθαγορείων ὀνομάζειν πυθαγόραν, ἀλλὰ ζῶντα μὲν, ὁπότε βέλοιντο δηλῶσαι, καλεῖν αὐτὸν θεῖον· ἐπεὶ δὲ ἐτελεύτησαν, ἐκεῖνον τὰν δέρα. καθάπερ Ὅμηρος θεοφαίνει ΕΥΜΑΙΟΝ ὑὸν Ὀδυσσέως μεμαθηκώς,

Τὸν μὲν ἐγὼν ὄκνῳ ξεῖνε καὶ ὑπερφίαλον ὀνομάζειν
Αἰδέομαι, περὶ γάρ μ' ἐφίλει καὶ κήδετο λίην.

Ὅ μεσόπους δὲ μηδ' ἐκ κλίνης ἀναστήσεσθαι ὕστερον, ἢ τὸν ἥλιον ἀνίσχειν, μηδὲ δακτύλιον ἔχοντα θεοῦ σημεῖον φορεῖν, ἀλλὰ τὸν μὲν πα-

urbem in ditionem suam redegissent, atque ille abiit, constituerūtq; regionē bello captam subactamq; in colonias non esse pro plerorumq; libitu describendam, mox odium silentio tectum erupit, & multitudo cum ipsis dissidere cœpit. Hujus autem discriminis ac dissensionis, duces, imò verò authores exstiterunt illi, qui cognatione & sanguine Pythagoreos proximè attigerunt. Multa quidem eos, quæ fiebant, in mœrorem conjiciebant, quemadmodum & quoslvis ex plebe quatenus scilicet sigillatim quisq; erga cæteros affectus erat: sed in primis pessimè habebat dedecus & ignominia, qua illū solū ducebant notari. Nā in more habebāt Pythagorei, ut nemo ex ipsis Pythagoram nominaret: sed cùm illum essent designaturi, adhuc viventē quidem, cum divinum vocabant: at postquam è vita excessit, Illum virum dicebant. perindè ac Homerus EUmæum Ulyssis mentionē facientem declarat:

Hunc hospes veneror, atque hunc vel nomine solo
Exprimere absentem vereor. Nam charus ego illi
Ex curæ fueram præ cunctis & peramatus.

Similli verò modo neque è lecto surgendum esse posteaquam sol oriatur, neque annulum habentem Dei signū gestandum esse: sed observandum qui-

dem esse solem, ut orientem adorarēt: annulum autem ne inducrent, diligēter caventes ne eum afferrent, quum funus effertur, vel ad aliquem locum ferrent, qui immundus esset. Similiter ne quid facerent temerè, quodq; non antè meditati essent, nihilq; quod inconsideratè commissum cogeretur facti rationem reddere: sed mane quidē expromerent, & quasi quid faciendum esset ad manus ponerent: sub noctem autem cùm memoria recolerēt, quid turpe honestúmve designavissent, & simul dum hoc expenderent, memoriam ab ipsis exerceri. Simili modo si quis eorum, qui illius convictus participes sunt, occurrere vel se in locum quempiam conferre jussisset, in illo ut permaneret, donec nocte dieq; redisset. Hac in re Pythagoricis sese assuefacientibus præsens fuit ejus quoq; memoria, quod erat dictum, *nihil temerè dicito*. Omninò verò ut ad mortem usq; aliquid esset præceptum, postremo tempore adhortabatur, *superiorine convictator*, sed quemadmodum in educationibus auguramur bene precando

Hæc quidem communiter omnes, uti antè dixi, adeò contristabant, quoad homines inter ipsos privatos simulsecū institutos siverunt. In eo verò quod præcipiunt, solis Pythagoreis dextram injiciendam, nulli autē ex domesticis

ἐστηρεῖν, ὅπως ἀνίοντα προσεύξωνται, τὸν δὲ μὴ περιτίθεσθαι φυλαττομένους, μὴ προσπέσῃ πρὸς ἐκφορὰν, ἢ τινα τόπον οὐ καθαρόν. ὁμοίως δὲ μήδ' ἀπροσβούλευτον, μηδ' ἀνυπεύθυνον μηδὲν ποιεῖν, ἀλλὰ περὶ μὲν προχειρίζεσθαί τι περισσόν, εἰς δὲ τὰ νύκτα ἀναλογίζεσθαι διὰ τῆς ἀσκήσεως ἅμα τῷ σκοπεῖν καὶ τὴν μνήμην γυμναζομένης. παραπλησίως δὲ εἴ τις τῶν κοινωνούντων τῆς διαίτης ἅπασιν παρεσχεθείη εἰς τινα τόπον, ἢ ἐκεῖνος παραμένειν, ἕως ἔλθοι δὶ ἡμέρας καὶ νύκτας πάλιν, ἐν τούτῳ τῷ Πυθαγορείων ἔθει διαζῶντων μεμνῆσθαι τὸ ῥηθὲν, καὶ μηδὲν εἰκῇ λέγειν. ἄλλως δ' ἄχρι τῆς τελευτῆς ἔτι τι προστεταγμένον, καὶ τὸ ὕστατον καιρὸν παρήγγελλε, μὴ βλασφημεῖν, ἀλλ' ὥσπερ ἐν ταῖς ἀγωγαῖς οἰωνίζεσθαι μετὰ τῆς εὐφημίας, ὅπερ ἐπαιδεύοντο * διωθουμένους τὴν ἀνδρίαν. τὰ μὲν οὖν ἰδιαίτατα καθάπερ προεῖπον, ἐπὶ τοσοῦτον ἐλύπει κοινῶς ἅπαντας, ἐφ' ὅσον ἔωσαν ἰδιάζοντας ἐν αὐτοῖς τοὺς συμπαιδευομένους. ἐπὶ δὲ τῷ, μόνοις τοῖς Πυθαγορείοις τὴν δεξιὰν ἐμβάλλειν, ἑτέρῳ δὲ μηδενὶ τῶν οἰκείων, πλὴν τῶν

τῷ γονέων, καὶ τῷ τὰς οὐσίας ἀλλήλων μὲν ὑπάρχειν κοινὰς, πρὸς ἐκείνους δὲ ἐξηλλοτριωμένας, χαλεπώτερον ἔφερον οἱ συγγενεῖς. ἀρχόντων δὲ τούτων τῆς διαστάσεως ἑτοίμως οἱ λοιποὶ προσέπιπτον εἰς τὴν ἔχθραν. καὶ λεγόντων ἐξ αὐτῶν τῶν χρόνων Ἱππάσου καὶ Διοδώρου καὶ Θεάγους ὑπὲρ τοῦ κοινωνεῖν τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς συνκλησίας, καὶ διδόναι τὰς εὐθύνας τοὺς ἄρχοντας ἐν τοῖς συνεδρίοις λαχοῦσιν. ἐναντιουμένων δὲ τῶν Πυθαγορείων Ἀλκιμάχου καὶ Δεισμάχου καὶ Μέτωνος καὶ Δημοκλήδους, καὶ διαλυόντων τὸ πάλαιον πολιτείαν μὴ καταλύειν, ἐκράτησαν οἱ τῷ πλήθει συμπορευόντες. μετὰ δὲ ταῦτα συμβάντων τῶν πολλῶν δὲ ἐλομένοις τὰς δημηγορίας κατηγορούντων αὐτῶν ἐκ τῶν ῥητόρων Κύλωνος καὶ Νίνωνος. ἦν δὲ ὁ μὲν ἐκ τῶν εὐπόρων, ὁ δὲ ἐκ τῶν δημοτικῶν. τοιούτων δὲ λόγων μακροτέρων δὲ παρὰ τὸν Κύλωνος ῥηθέντων, ἐπῆλθεν ἕτερος προσποιούμενος μὲν ἐξητηκέναι τὰ τῶν Πυθαγορείων ἀπόῤῥητα, σφαλερὸς δὲ καὶ γλαφυρὸς ἐξ ὧν μάλιστα αὐτοὺς ἤμελλε διαβάλλειν ἐς δὲ τὰ γράμματα βι-

alii quàm parentibus: item in eo, fortunas inter se mutuo communes habendas esse: sed erga eos, qui domestici sūt, prorsus abalienatas: illi qui cognati erant, graviùs ferebant. Illis verò disceptationem & dissidium incipientibus reliqui promptè paratéque ad inimicitiā accedebant & quasi allabebantur. Ac dicentibus ab temporibus usque Hippasi & Diodori, itidemq; Theagis pro salute Reip. se communionē habere tam magistratus quàm publici conventus, & dare magistratus in iis, qui ab Repub. sortitò aliquid acceperunt, justas pœnas. Sed cùm Alcimachus & Dimachus, Meto, & Democledes Pythagorei sese illis opponerent, ac prohiberent, ne patria Respublica ejusq; administratio dissolveretur, plebi multitudiniq; patrocinantes superiores obtinuerunt. Posteà verò cùm plerique ex vulgo intellexissent turbatas divisasque esse conciones publicas, accusationem in ipsos instituunt ex oratoribus Cylo & Ninone. Erat autem ille quidem ab divitibus prognatus, hic verò ex hominib. plebeis. Talib. aūt sermonibus paullò longioribus ab Cylone prolatis plusculum irritabat. Alter subdens quidem Pythagoreorum arcana planè neglecta jacuisse, sed involuta usus forma scripsit rationes, è quibus eos maximè esset traducturus, traditóque scribæ libello

bello, jussit eum legere. Erat autem huic titulus & inscriptio: *Sermo sacer.* Forma verò & adumbratio eorum, quæ scripta erant, hujusmodi ferè fuit: amicos instar divini numinis colendos honorandosque esse, reliquos autem mortales pecudum ritu subjugari. Hanc ipsam sententiam pro Pythagora recordatos in carmine discipulos dicere.

Diis similes atque æquales ducebat amicos.
At reliquos nullóque loco numeróque putabat.

Homerum in suo poëmate maximè pastorem populorum laudibus celebrare. Tacitè namque indicavisse beluas esse reliquos mortales, quæ paucorum imperio subditæ bellum cum cœlibibus gerunt, tanquam authoribus ac magistris factis sortis. *

Admonentem satiùs esse dicere, se uno die taurum esse, quàm per omne ævum bovem. Aliorum consuetudines & leges laudabat. Item jubebat, ut quæ semel cognovissent, iis uterentur. Philosophiam ipsorum contra pleroſque conjurationem esse declarabat. Nullo modo etiam ferendam esse vocem admonebat eorum, qui simul consultant, verùm etiam atque etiam esse cogitãdum, quare in universum in consili-

βλίον ἐκέλευσεν ἀναγνῶσκειν. ἦν δὲ αὐτῷ ἐπιγραφὴ μὲν, λόγος ἱερός. ὁ δὲ τύπος τοιοῦτος τῶν γεγραμμένων, τοὺς φίλους, ὥσπερ τοὺς θεοὺς σέβεσθαι, τοὺς δὲ ἄλλους ὥσπερ τὰ θηρία χειροῦσθαι. τὴν αὐτὴν ταύτην γνώμην ὑφ' Πυθαγόρου μεμνημένους ἐν μέτρῳ, τοὺς μαθητὰς λέγειν

Τοὺς μὲν ἑταίρους ἤγετ' ἴσους μακάρεσσι θεοῖσι.
Τοὺς δ' ἄλλους ἡγεῖτ' οὔτ' ἐν λόγῳ, οὔτ' ἐν ἀριθμῷ.

Τὸν Ὅμηρον μάλιστα ἐπαινεῖν, ἐν οἷς εἴρηκε, ποιμένα λαῶν. ὑμφανίσκειν γὰρ βοσκήματα τοὺς ἄλλους ὄλας, ὀλιγαρχικὸν ὄντα τοῖς ἀγέλαις πολεμεῖν, ὡς ἀρχηγοῖς τοῖς γεγονόσι τῶν κλήρου, καὶ τὰ καθιστάναι τοὺς λαχόντας ἐπὶ τὰς ἐπιμελείας τυραννίδος ὀρέγεσθαι. παραπαλοῦντα κρεῖττον εἶ φάσκειν ἡμέρᾳ μίαν ἡμέραν ταῦρον, ἢ ἀεὶ τὰ αἰῶνα βοῦν. ἐπαινεῖν τὰ τῶν ἄλλων νόμιμα. κελεύειν δὲ χρῆσθαι τοῖς ὑπ' αὐτῶν ἐγνωσμένοις καθάπαξ. ἦ φιλοσοφίαν αὐτῶν συνωμοσίαν ἀπέφαινε καὶ τῶν πολλῶν. καὶ παρεκάλει μηδὲ τὴν φωνὴν ἀνέχεσθαι συμβαλλόντων, ἀλλ' ἐνθυμεῖσθαι διότι τὸ παράπαν εἰς ἓν συνῆλθον εἰς

εἰς τὴν ἐκκλησίαν, εἰ τὰς χιλίας ἔ-
πεισαν ἐκείνοι κυρῶσαι τὴν συμβου-
λήν. ὥστε τοῖς μὲν τῶν ἐκείνων δυ-
νάμιν κεκωλυμένοις τῆς ἄλλων ἀ-
κούειν οὐ προσήκει ἐὰν αὐτοὺς λέ-
γειν, ἀλλὰ τὴν δεξιὰν τὴν ἀπ'
αὐτῆς ἀποδεδοκιμασμένην πο-
λεμίαν ἐκείνοις ἔχειν, ὅταν τὰς
γνώμας χειροτονῶσιν, ἢ τὴν ψῆφον
λάβωσιν, αἰσχρὸν εἶναι νομίζοντας
τοὺς ἑξακοσίους μυριάδων περὶ τὴν
Τετράντα ποταμὸν στενοχωρουμέ-
νους ὑπὸ τῶν χιλίων μέρος ἐκείνων,
ἐν αὐτῇ τῇ πόλει φανῆναι κεκρα-
τησαμένους. τὸ δ' ὅλον οὕτω τῇ ἐξ-
βολῇ τοὺς ἀκούοντας ἐξηγρίωσεν,
ὥστε μεθ' ὅλης ἡμέρας μυσεῖα θυ-
όντων αὐτῶν ἐν οἰκίᾳ παρὰ τὸ Πύθι-
ον, ἀθρόοι συνδραμόντες οἷον τ' ἦ-
σαν ἐπίθεσιν ἐπ' αὐλὴν ποιήσα-
σθαι. οἱ δὲ προαισθόμενοι, οἱ μὲν, εἰς
παιδαγώγειον ἔφυγον. Δημοκήδης δὲ
μετὰ τῶν ἐφήβων εἰς Πλάτειαν ἀπε-
χώρησεν. οἱ δὲ καλύσαντες τοὺς νό-
μους ἐχρῶντο ψηφίσμασιν, ἐν οἷς αἰτια-
σάμενοι τὸν Δημοκήδη συνεπαί-
ναι τοὺς νεωτέρους δὶς τυραννίδι, ἕξια
τάλαντα ἐκήρυξαν δώσειν, ἐάν τις
αὐτὸν ἀνέλῃ. ὁ γομένης μάχης
κρατήσας αὐτῶν τὸν κίνδυνον ὑπὸ
Θεάγους ἐκείνοις ἕξια τάλαντα πε-
ρὶ τῆς πόλεως ἐμέρισαν. πολλῶν δὲ
κακῶν κατὰ τὴν πόλιν, καὶ τὴν χώραν ὄν-

um non coiissent, num illi persuasissēt, ut mille suffragiis ratum habuerint consilium. Illis itaque juxta ipsorum potestatem prohibitis, non convenit, ut alios audiant eos dicere: sed dextrā quæ ab ipsis rejecta & reprobrata esset, ipsis haberi hostilem, cùm sententias rogaverint, vel decretum acceperint, turpe esse existimantes, tricies centena milia, quæ circa Terraēta fluvium reliqua manserāt, ab millesima parte illorum in ipsa urbe visa esse seditionibus oppressa, victa, atq; superata. Omninò aūt auditores ea calumnia usq; adeò offendit & exasperavit, ut post dies pauculos scholæ ac Musis consecrata loca, ipsis sacrificantibus in domo ad Pythii Apollinis, confertim accurrentes, potentes fuerint in illos violentis manibus invadere. Verùm illi re priùs cognita, hi quidem in publicum diversorium profugerunt: Democedes verò cum adolescentibus Platéas secessit. Illi autem legibus dissolutis, decretis utebantur, in quibus cùm Democedem accusassent, quòd juniores ad Reipub. administrationem commendavisset per præconem se tria talēta daturos edixerunt, si quis ipsum è medio tolleret. Et pugna facta, ipsoq; beneficio Theagis periculum superante tria illi talēta ex ærario urbis assignarunt. Multis autem malis & incōmodis in civitate illa regioneque exortis

fugitivis in judiciũ rejectis & ſtitis, adhæc tribus civitatibus, Tarentinis ſcilicet Metapontinis & Cauloniatis cura tradita & commiſſa, viſum eſt interfectoribus, qui in ſententiam latam pecuniam acceperant, in Crotoniatarum monumentis ſcriptum eſſe, ejus rei authores in exſilium eſſe fugandos. Iudicio autem inſuper ejecerunt omnes, quotquot ex iis apprehenderunt, qui iſtarum legum decreta indignè ferebant. Ac ſimul in exſilium relegavit eam familiam, quæ diceret liberos nullo modo ab parentibus eſſe avellendos, atque æs alienum novis tabulis præciderunt, terramq; penitùs vaſtatam everterunt & incultam reddiderunt. Cùm autem multorum annorum curriculo in alio diſcrimine periculóq; Timarchus cum ſuis mortem oppetiſſent, Litago etiam, qui ſummus erat dux & ſignifer eorum, qui ſeditiones & tumultus concitaverant mortuo, quadam ducti miſericordia ac pœnitentia, eos quoq;, qui reliqui manſerant, in patriam reducere voluerunt. Accerſentes verò legatos ex Achaia per illos dimiſſi fuerunt verſus eos, qui exacti in exſilium ierant, atque in templo Delphis multiplex jusjurandum ſuſpenderunt. Erant autem Pythagoricorum virorũ quoque numero circiter ſexaginta, qui reverſi ſunt abſque illis, qui ætate & an-

των, εἰς κρίσιν προβληθέντων τῆς φυγάδων, καὶ ξέσι πόλεσι τῆς ὑπεξόπης παραδοθείσης Ταραντίνοις, Μεταποντίνοις, Καυλωνιάταις, ἔδοξε τοῖς πρώτοις ὅτι τὸ γνώμιμον ἀργύριον λαβοῦσιν, ὡς ἐν τοῖς τῆς Κροτωνιατῆς ὑπομνήμασιν ἀναγραπτὰι φεύγειν τοὺς αἰτίους. προσεξέβαλον δὲ τῇ κρίσει κρατήσαντες ἅπαντας, τοὺς τοῖς καθεστῶσι δυσχεραίνοντας. καὶ συνεφυγάδευσε τὴν γενεὰν, οὐ φάσκοντα δεῖν ἐκ τοὺς παῖδας ἀπὸ τῆς γονέων διαστᾶν, καὶ τὰ τε χρέα ἀπέκοψαν, καὶ τὴν γῆν ἀνάδασον ἐποίησαν. ἐπιμνομένων δὲ πολλῶν ἐτῆς, καὶ τῆς περὶ τὸν Δείναρχον ἐν ἑτέρῳ κινδύνῳ τελευτησάντων, ἀποθανόντος καὶ Λιτάγους, ὅσπερ ἦν ἡγεμονικώτατος τῆς στασιασάντων, ἐλέος τις καὶ μετάνοια ἐνέπεσε, καὶ τοὺς παραλειπομένους αὐτῆς ἐβουλήθησαν καταγειν. μεταπεμπόμενοι δὲ πρεσβύτας ἐξ Ἀχαΐας δι' ἐκείνων πρὸς τοὺς ἐκπεπλωκότας διελύθησαν, καὶ τοὺς ὅρκους εἰς Δελφοὺς ἀνέθηκαν. ἦσαν δὲ τῆς Πυθαγορικῶν καὶ περὶ ἑξήκοντα τὸν ἀριθμὸν, οἱ κατελθόντες ἄνδρες τῆς πρεσβυτέρων, ἐν οἷς ὀλίγοι τὴν ἰαξικὴν τινὲς κατειχθέντες,

τὴς, καὶ διαίτῃ τὰς ἀῤῥώστους ὄντας θεραπεύοντες ἠγεμόνες κατέστησαν τῆς ἰατρικῆς μεθόδου. σωίβη δὲ καὶ τοὺς σωθέντας διαφερόντως ἤδη καὶ τοῖς πολλοῖς εὐδοκιμῆσαι καὶ τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ λεγόμενον πρὸς τοὺς παραπομπεύοντας, ὡς τάδε ἐστὶν ἐπὶ Νίνευσιν. ἠρῶσθαι φασὶ ταύτην τὴν πόλιν καὶ τοῦτο ἐμβαλόντων τῶν θηρίων καὶ χώραν, ἐπιβεβηκόσας δὲ μετ' ἀλλήλων κινδυνεύσαι ἀποθανεῖν. τὴν δὲ πόλιν ἔτως εἰς τοὐναντίον μεταπεσεῖν, ὥστε χωρὶς τῶν ἐπαίνων ἐποιεῖτο, καὶ τὸν ἀνδρῶν ὑπολαβεῖν μᾶλλον, ταῖς μούσαις κεχαρισμένων ἔσεσθαι τὸν ἐορτὸν, καὶ τὸ μουσεῖον τὸ δημόσιον ἐποιοῦντο θυσίαν, καθ' αὑτὰς ἐκείνας πρότερον ἱδρυσάμενοι τὰς θεὰς ἐτίμων. περὶ μὲν οὖν τῆς κατὰ Πυθαγορείων ἠγουμένης ἐπιθέσεως, ὅσα οὖν τὰ εἰρήσθω.

nis graves erant, inter quos quidam ad artem medicā sese contulerunt solaq; victus ratione ægros curātes jam dictæ methodi præfecti cōstituti sunt. Contigit aūt eos quoq; qui sanitati restituti erant, supra modum plærorumq; sermonibus concelebrari, idq; eo tēpore, quo dicebatur in eos, qui leges violāt: hæc non sunt in Ninone. Ajunt hanc urbem exsistere, quo tempore belluæ eam regionem hostiliter invasērunt, homines sibi mutuò auxilijs latis cum non parvo, quod aggressi erant, periculo, vitam amisisse. Urbem verò adeò in contrariū degenerāsse, ut sine laudibus effecerint, ut potiùs suspicionē de viris illis cóceperint, fore gratum & acceptum Musis festū, quum in publico Musarum auditorio publicū sacrificium facerent, & juxta eos ipsos deas priùs collocatas honorarent. Quâ igitur rabie & petulantia in Pythagoreos invaserint, hæc nobis dicta sunto.

Κεφ. λς.

Περὶ τοῦ διαδόχου τοῦ Πυθαγόρου, καὶ διὰ τίνας ὁ τελευτὴ αὐτοῦ, καὶ τῶν ἀνδρῶν τὰ ὀνόματα, καὶ τῶν γυναικῶν τῶν παραλαβόντων παρ' αὐτοῦ τὴν φιλοσοφίαν.

CAP. XXXVI.

De successione Pythagoræ, & per quos illi mors illata sit. Item nomina virorum juxta ac mulierum, qui ab eo Philosophiam acceperunt.

Διάδοχος δὲ πρὸς πάντων ὁμολογεῖται Πυθαγόρου γενέσθαι, Ἀρίστιος Δαμοφῶντος Κροτωνιάτης. κατ' αὐτὸν Πυθαγόραν δὲ τοῖς χρόνοις ἡλικιώτης ἐπὶ ἡλικίας ἔγνωσε πρὸς Πλάτωνος. καὶ ὑμόνοι τε σχολῆς, ἀλλὰ καὶ τὸ παιδο-

APud omnes in confesso est successorem Pythagoræ fuisse Aristæum Damophontis filium Crotoniatem, qui circa ipsius Pythagoræ tēpora vixit septem ætatibus vel XLIX annis proximè ætatem Platonis. Nec modò ejus schola dignō est reputatus: verùm etiam nutriendis educandisq;

pueris & nuptiis Theanos, ac propter eximiam rationem & eminentiam ipsius dogmata superavit. Ipsum namque Pythagoram interpretatus esse fertur quadraginta omninò annos uno minus, cùm vixisset annos circiter centum. Aristæo verò utpote annis gravissimo scholam tradidit, post quē, Mnemarch. Pythagoricus illi præfuit. Mnemarchum porrò ejus administrationem Bulagoræ tradidisse, cujus tēpore Crotoniatarum urbem diripi contigit. Nam post hunc Tydam Crotoniatem reversum ex peregrinatione, quam ante bellum obortum instituit, successorem fuisse. Enimverò propter patriæ calamitatem defecit eum vita. Itaque peregrè agebat, ut prę dolore vitam cum morte commutaret. Reliquis verò senio jam multis modis honoratioribus mos erat, è corpore veluti è vinculis & carcere, discedere. Igitur tempore aliquantò pòst ex Lucanis tulerunt eum quorūdam hospitum beneficio servatum, ut scholæ præesset, ad quem pervenerit Diodorus Aspendius, qui receptus fuit propter raritatem & penuriam virorum, qui erant in eo cœtu ac cohorte. Apud Heracleam Cliniam habuit & Philolaum. Apud Metapontios Theoridem & EUrytum. Tarēti Archytam. Ex discipulis & auditoribus externis fuit & Epicharmus. nō aūt ex-

ξοφίας ἡ τῆ Θειανῦς ἰάμιν κατηξιώθη, διὰ τε ἐξαιρέτως περιεκεῖνα τ δογμάτων. αὐτὸν μὲν γὰρ Πυθαγόραν ἀφηγήσασθαι λέγεται ἐνὸς δέοντος, ἔτη τεσσαράκοντα τὰ πάντα βιώσαντα ἔτη ἐγγὺς ἑκατόν. παραδοῦναι δὲ Ἀρίσταίῳ τὴν σχολὴν πρεσβυτάτῳ ὄντι, μεθ' ὃν ἡγήσασθαι Μνήμαρχον τ Πυθαγόραν. τοῦτον δὲ Βυλαγόρᾳ παραδοῦναι, ἐφ' ᾧ διαπαραδῶναι συμβῆναι Κροτωνιατῶν πόλιν. μεθ' ὃν γὰρ Τύδαν τ Κροτωνιάτην ὑποδιάδοχον γενέσθαι ἐπανελθόντα ἐκ τ ἀποδημίας, ἣν ἐποιήσατο πρὸ τ πολέμου. διὰ μὲν τοι τὴν συμφορὰν τ παρεῖδος ἐκλιπεῖν τὸν βίον ἐναδήμονα γενόμενον τοῦτον, ὡς ὑπὸ λύπης προέλιπε τὸν βίον. τοῖς δ' ἄλλοις ἔθος ἦν γηραιοῖς σφόδρα γινομένοις, ὥσπερ ἐκ δεσμῶν τὸ σώματος ἀπαλλάττεσθαι. χρόνῳ μέντοι γε ὕστερον ἀρέσαν ἐκ τῆς Λευκανῶν συνθέντα δίκῃ τινῶν ξένων ἀφηγήσασθαι τ σχολῆς. πρὸς δὲ ἀφικέσθαι Διόδωρον τὸν Ἀσπένδιον, ὃν παραδεχθῆναι διὰ τὴν ἀπορίαν τ ἐν τῷ συστήματι ἀνδρῶν. περὶ μὲν Ἡρακλείαν, Κλεινίαν, καὶ Φιλόλαον. Μεταποντίῳ δὲ Θεωρίδην, Εὔρυτον. ἐν Ταράντι δὲ Ἀρχύταν. τ δ' ἔξωθεν ἀκροατῶν ἡγήσασθαι καὶ Ἐπίχαρμον. ἀλλ' οὐκ ἐκ τῆ συστήμα-

συσήμαλος τ' ἀνδρῶν. ἀφικόμενον δὲ εἰς Συρακούσας, διὰ τὴν Ἱέρωνος τυραννίδα, τὰ μὲν φανερῶς φιλοσοφεῖν ἀπεχέσθαι. εἰς μέσον δ' ἐκείνας τὰς διανοίας περὶ ἀνδρῶν μὴ παιδιᾶς χάριν ἀποφήνασθαι τὰ Πυθαγόρεια δόγματα. τῶν δὲ συμπάντων Πυθαγορείων, τὰς μὲν ἀγνωσίας τε καὶ ἀνωνύμους τινὰς πολλοὺς εἰκὸς γεγονέναι. τῶν δὲ γνωριζομένων ἐστὶ τάδε τὰ ὀνόματα. ΚΡΟΤΩΝΙΑΤΑΙ, Γ'παρόσταλος, Δύμας, Αἴγων, Αἴμων, Σίλυος, Κλεοσθένης, Ἀγέλας, Ἐπίσυλος, Φυκιάδας, Ἔκφαντος, Τίμαιος, Βύθιος, Ἔρατος, Ἰτανάιος, Ῥόδιππος, Βρύας, ΕΥ'ανδρος, Μιλλίας, Ἀντιμέδων, Ἀγέας, Λεόφρων, Ἄγυλος, Ὄνατος, Γ'ιππόσθενης, Κλεόφρων, Ἀλκμαίων, Δαμοκλῆς, Μίλων, Μένων. ΜΕΤΑΠΟΝΤΙΝΟΙ, Βροντῖνος, Παρμίσκος, Ἀρεσάδας, Λέων, Δαμάρμενος, Αἰνέας, Χιλᾶς, Μελησίας, Ἀρεσίας, Λαφάων, ΕΥ'άνδρος, Ἀγησίδαμος, Ξενοκλείδης, ΕΥ'ρίφημος, Ἀριστόμενης, Ἀγησάρχος, Ἀλκίας, Ξενοφάντης, Θρασέος, Ἄρυτος, Ἐπίφρων, Εἰρίσκος, Μεγησείας, Λεωκύδης, Θρασυμήδης, ΕΥ'φημος, Πρόκλος, Ἀντιμένης, Λάκριτος, Δαμοτάγης, Πύρρων, Ῥηξίβιος, Ἀλωπεκος, Ἄστυλος, Δακύδας, Ἀλίοχος, Λα-

virorum congregatione. Quùm autem hic Syracusas perveniſſet, per Hieronis tyrannidem, palàm omninò à ſapientiæ ſtudio abſtinuit. Numeris autem aſtrinxit illas virorum ſententias cum ſecreto luſu Pythagoræ dogmata in lucem dans. Omnium autem Pythagoreorum in univerſum veriſimile eſt multos ignotos & obſcuros fuiſſe. Nomina verò eorum, qui noti fuerunt, hæc ſunt. CROTONIATAE. Hippoſtatus, Dymas, AEgon, AEmon, Silius, Cleoſthenes, Agelas, Epiſylus, Phyciadas, Ecphantus, Timæus, Buthius, Eratus, Itanæus, Rhodippus, Bryas, EUandrus, Millias, Antimedon, Ageas, Leophron, Agylas, Onatus, Hippoſthenes, Cleophron, Alcmæon, Damocles, Milon, Menon. METAPONTINI. Brontinus, Parmiſcus, Areſtadas, Leo, Damarmenos, AEneas, Chilas, Meliſſias, Ariſteas, Laphaon, EUandrus, Ageſidamus, Xenocides, EUriphemus, Ariſtomenes, Ageſarchus, Alcias, Xenophantes, Thraſeos, Arytus, Epiphron, Eiriſcus, Megiſteas, Leocydes, Thraſymedes, EUphemus, Proclus, Antimenes, Lacritus, Damotages, Pyrrhon, Rhexibius, Alopecus, Aſtylus, Dacydas, Aliochus, Lacrates,

Glucinus; Acragantinus Empedocles, Eleates Parmenides. TARENTINI. Philolaus, Arytus, Archytas, Theodorus, Aristippus, Lycon, Estiæus, Polemarchus, Asteas & Nias, Cleon, EUrymedon, Arceas, Clinagoras, Archippus, Zopyrus, EUthynus, Dicæarchus, Philonides, Phrontidas, Lysis, Lysibius, Dinocrates, Echecrates, Pation, Acusiladas, Iccus, Pisierates, Clearatus, Leonteus, Phrinychus, Smicheas, Aristoclides, Clinias, Abroteles, Pisirrydus, Brias, EUandrus, Archemachus, Mimnomachus, Achmonidas, Sicas, Caraphantidas. SYBARITAE. Metopus, Hippasus, Proxenus, EUanor, Deanax, Menestius, Diocles, Empedus, Timasius, Polemæus, EUæus, Tyrsenus. CARTHAGINENSES. Miltiades, Anthen, Odius, Leocritus. PARII. AEëtius, Phænecles, Dexitheus, Alcimachus, Diparchus, Meton, Timæus, Timesianax, Amœrus, EUmaridias. LOCRENSES. Gyptius, Xenon, Philodamus, EUetes, Adicus, Sthenonidas, Sosistratus, EUthynus, Zalcucus, Timares. POSIDONII. Athamas, Simus, Proxenus,

κράτης, Γλυκῖνος, Ἀκραγαντῖνος Ἐμπεδοκλῆς, Ἐλεάτης Παρμενίδης. ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΙ, Φιλόλαος, Ἄρυτος, Ἀρχύτας, Θεόδωρος, Ἀρίστιππος, Λύκων, Ἐστιαῖος, Πολέμαρχος, Ἀστέας, Καινίας, Κλέων, ΕὐρυμέδωνΑ, Ἀρκεσίας, Κλεινάγορας, Ἀρχίππος, Ζώπυρος, Εὔθυνος, Δικαίαρχος, Φιλωνίδης, Φροντίδας, Λύσις, Λυσίβιος, Δεινοκράτης, Ἐχεκράτης, Πακτίων, Ἀκεσιλάδας, Ἴκκος, Πεισικράτης, Κλεάρατος, Λεοντεὺς, Φρῖνυχος, Σμικίας, Ἀριστοκλίδας, Κλεινίας, Ἀβροτέλης, Πισίρρυδος, Βρῖας, Εὔανδρος, Ἀρχέμαχος, Μιμνόμαχος, Ἀχμονίδας, Σίκας, Καραφαντίδας. ΣΥΒΑΡΕΙΤΑΙ. Μέτοπος, Ἵππασος, Πρόξενος, Εὔανωρ, Δεάναξ, Μενέστιος, Διοκλῆς, Ἔμπεδος Τιμάσιος, Πολεμαῖος, Εὔαιος, Τυρσηνός. ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΟΙ. Μιλτιάδης, Ἄνθλη, Ὄδιος, Λεώκριτος. ΠΑΡΙΟΙ. Αἰήτιος, Φαινεκλῆς, Δεξίθεος, Ἀλκίμαχος, Δίναρχος, Μέτων, Τίμαιος, Τιμησιάναξ, Ἄμοιρος, ΕὐμαρίδαΑ. ΛΟΚΡΟΙ. Γύπλιος, Ξένων, Φιλόδαμος, ΕὐέτηΑ, Ἄδικος, Σθενωνίδας, Σωσίστρατος, Εὔθυνος, Ζαλεύκας, Τίμαρης. ΠΟΣΕΙΔΩΝΙΑΤΑΙ. Ἀθάμας, Σῖμος, Πρόξενος,

Κράνιος, Μύης, Βαθύλαος, Φαίδων. ΛΕΥΚΑΝΟΙ. Ὄκελος, καὶ Ὀκυλος ἀδελφοὶ, Ὀρίσανδρος, Κέραμβος, Δαρδανεὺς, Μαλίας. ΑΙΓΕΙΟΙ. Ἱππομέδων, Τιμοσθένης, ΕὐΈλθων, Θρασύδαμος, Κρίτων, Πολύκτωρ. ΛΑΚΩΝΕΣ. Ἀντοχαρίδας, Κλεάνωρ, ΕὐΤυκράτος, Ὑπερβόρειος Ἄβαρις. ΡΗΓΙΝΟΙ. Ἀριστείδης, Δημοσθένης, Ἀριστοκράτης, Φύτιος, Ἑλικάων, Μνησίβυλος, Ἱππαρχίδης, Ἀθωσίων, ΕὐΘυκλῆς, Ὄψιμος, Κόλαις Σελινούντιος. ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΟΙ. Λεπτίνης, Φιντίας, Δάμων. ΣΑΜΙΟΙ. Μέλισσος, Λάκων, Ἄρχιππος, Γλώριππος, Ἕλωρις, Ἵππων. ΚΑΥΛΩΝΙΑΤΑΙ. Καλλίβροτος, Δίκων, Νάστας, Δρύμων, Ξέντας. ΦΛΙΑΣΙΟΙ. Διοκλῆς, Ἐχεκράτης, Πολύμναστος, Φάντων. ΣΙΚΥΩΝΙΟΙ. Πολιάδης, Δήμων, Σωστράτιος, Σωσθένης. ΚΥΡΗΝΑΙΟΙ. Πρῶρος, Μελάνιππος, Ἀριστάγγελος, Θεόδωρος. ΚΥΖΙΚΗΝΟΙ. Πυθόδωρος, Ἱππασθένης, Βύθηρος, Ξενόφιλος. ΚΑΤΑΝΑΙΟΙ. Χαρώνδας, Λυσιάδης Κορίνθιος, Χρύσιππος Τυρρηνὸς, Ναυσίθεος Ἀθηναῖος, Νεόκριτος Πόντικος, Λύραμνος. οἱ πάντες σὺν. Πυθαγορίδες δὲ γυναῖκες ἐπιφανίσαι. Τιμύχα, γυνὴ ΕὐΤυλλίου τοῦ Κροτωνιάτου. Φίλ-

Cranius, Myes, Bathylaus, Phædo. LUCANI. Ocellus, & Ocylus fratres, Oresandrus, Cerambus, Dardaneus, Malias. AEGEI. Hippomedon, Timosthenes, EUelthon, Thrasydamus, Crito, Polyctor. LACONES. Antocharidas, Cleanor, EUrycratus, Abaris Hyperboreus. RHEGINENSES. Aristides, Demosthenes, Aristocrates, Phytius, Helicaon, Mnesibulus, Hipparchides, Athosion, EUthycles, Opsimus, Colæs Selinuntius. SIRACUSANI. Leptines, Phintias, Damon. SAMII. Melissus, Lacon, Archippus, Glorippus, Heloris, Hippon. CAVLONIENSES. Callibrotus, Dicon, Nastas, Drymon, Xentas. PHLIASII. Diocles, Echecrates, Polymnastus, Phanton SICYONII. Poliades, Demon, Sostratius, Sosthenes. CYRENAEI. Prorus, Melanippus, Aristangelus, Theodorus. CYZICENI. Pythodorus, Hipposthenes, Butherus, Xenophilus. CATANAEI. Charondas, Lysiades Corinthius, Chrysippus Tyrrhenus, Nausitheus Athenienſis, Neocritus Ponticus, Lyramnus. Omnes ducenti XIIX. Fœminæ verò Pythagoricæ, quæ illustrissimæ fuerunt, sunt, Tymicha uxor Myllii Crotoniatæ, Philtes fi-

tes filia Leophronos Crotoniatæ, Byndæci soror, Occélo, & Eccelo Lucanæ, Chilonis filia, Chilonis scilicet Lacedæmonii. Theano uxor Brontini Metapontini. Mya uxor Milonis Crotoniatæ. Lasthenia Arcadissa. Abrotelis Tarentini filia. Echecratia Phliasia. Tyrsenes Sybaritis. Pisirronde Tarentina. Tyrsenes Sybaritis. Nisteadi filia seu uxor Salacena. Bio Argiva. Babelyma Argiva, Cleæchma soror Autocharidæ Lacedæmonii * omnes numero XVII.

τῆς θυγάτηρ, Θεόφειος τὸ Κροτωνιάτᾳ Βωνδάικυ ἀδελφὴ, Ὀκκέλῳ καὶ Ἐκκέλῳ τῷ Λευκανῶν, Χείλωνος θυγάτηρ Χείλωνος τὸ Λακεδαιμονίου. Θεανὼ γυνὴ τὸ Μεταποντίνυ Βροντίνυ. Μυὰ γυνὴ Μίλωνος τὸ Κροτωνιάτυ. Λαθένεια Ἀρκάδισσα *. Ἀβροτέλους θυγάτηρ τὸ Ταραντίνυ. Ἐχεκρατία Φλιάσια. Τυρσηνὶς Συβαρίτις. Πισιῤῥόνδη Ταραντίς. * Νισεάδυ Σαλάκυρα. Βιὼ Ἀργεία. Βαβέλυμα Ἀργεία, Κλεαίχμα ἀδελφὴ Αὐτοχαρίδα τὸ Λακεδαιμονίου. * αἱ πᾶσαι ιζ.

Finis libri primi de secta Pythagoreorum, seu vita Pythagoræ.

Τέλος τῆς πρώτης λόγου τῆς Πυθαγορείου αἱρέσεως.

ΙΑΜΒΛΙΧΟΥ ΧΑΛΚΙΔΕΩΣ τῆς κοίλης Συρίας

Πυθαγορείων ὑπομνημάτων συνεχόντων τὰς προτρεπτικὰς λόγους εἰς φιλοσοφίαν,

ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Κεφ. α.

ΠΕΡΙ μὲν Πυθαγόρου καὶ τοῦ κατ' αὐτὸν βίου, καὶ τῶν Πυθαγορείων ἀνδρῶν τὰ σύμμετρα ἐν τοῖς πρὸ τούτων εἰρήκαμεν. ἀρχώμεθα δὲ τοῦ λοιποῦ ἀπὸ τῆς αἱρέσεως, ἀπὸ τῆς κοινῆς εἰς πᾶσαν παιδείαν, μάθησιν, καὶ ἀρετὴν παρασκευῆς, ἥτις ἐκ παντὸς μέρος ἀπολαβοῦσα πρὸς ἓν τι τὸ πᾶν ὅλον παρασκευάζει τὸ ἀνθρώπειον, ἀλλ', ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, τὰς ἐν αὐτῷ προμυθίας προτείνει εἰς πάντα μὲν τὰ μαθήματα, πᾶσας δὲ τὰς ἐπιστήμας πάσας δὲ τὰς ἐν τῷ βίῳ καλὰς καὶ χρηναίας πράξεις, πᾶσας δὲ παιδείας, καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν, πάντα ὅσα μετέχει τοῦ καλοῦ. ἔστι γὰρ ἀνὰ τὴν προτροπὴν οἷον τι ὄργανον ὁρμῆσαι ἐπὶ τὰ καλὰ καὶ χρηναῖα ἐπιτηδεύματα, ἔστι οἷον τις εὐθὺς ἐπὶ τὸ ἀκρότατον καὶ τελ-

IAMBLICHI CHALCIDENSIS ex Syria cœle

Pythagoricorum Commentariorum, qui complectuntur orationes adhortatorias ad Philosophiam,

LIBER SECUNDUS.

CAP. I.

DE PYTHAGORA, ejúsque simul & Pythagoricorum virorum vita, quæ requiri & necessaria esse videbantur, superiori libro pertexuimus. Iam autem quod reliquum est de ipsius secta incipiamus, idq; ab communi in omnẽ institutionem, disciplinam ac virtutẽ præparatione, quæ minimè particulatim accepta ad unum aliquod omniũ seu universi hominem præparat atq; idoneum reddit: sed, ut quàm simplicissimè dicã, quicquid in illo est prudentiæ convertit & dirigit ad omnes disciplinas, scientias, omnésq; egregias ac generosas vitæ actiones, institutionésq;, atq; ut uno verbo dicam, ad omnia, quæcumque honesti aliquam participationem habent. Neque enim fieri potest, ut sine præmissis adhortationib. quisquã se ad honesta & nobilia ulla studia conferre queat, vel quisq; rectã aliquem benè instructum reddat ad summũ ac perfectissimum bonum

tur quidem mali, sed tamen sapientũ, quàm ea acriter videat, quamque acutè perspiciat omnia, ad quę fuerit conversa, tanquam quæ malo hebetique visu nullo modo prædita: sed malitiæ servire coacta sit, ut quantò cernat acutiùs, tantò plura mala faciat? Quod si ab pueritia starim illud de tali natura ac ingenio radicitùs recisum fuerit, & circuncidantur etiam illa, quæ nativitatis sunt cognata ceu laminas plumbeas, quæ commessationibus, & id genus aliis voluptatibus ac edacitatibus deliciisque si agnatæ fuerint, ad inferna animi obtutum convertunt & deprimunt. Iam si ab illis recedens animus convertatur ad ea, quæ vera sunt, & hæc ipsa animula eorundem hominum illa acutissimè intuebitur & distinguet, quemadmodũ & illa, ad quæ nunc conversa est. Nunc igitur, quando huc venimus, qualenam etiam sit philosophiæ opus & quàm efficax res, apparet, quantoque in pretio habenda sit, hinc omninò perspicuum exsistit. Nam avellere ortum & generationẽ ab animo, & perpurgare eam vim, quæ in illo potest ratiocinari, philosophiæ maximè cõpetit. Hic igitur vitæ modus optimus est, ut justitiã & universam virtutem exerceamus, & moriendo, hoc est, mortẽ meditando vivamus. Hunc ergo modũ sequemur, si felicitatem verè cõsequi cupiamus.

τῶν μὲν πονηρῶν, σοφῶν δὲ ὡς δεινὰ μὲν βλέπει τὸ ψυχάριον καὶ ὀξέως διορᾷ πάντα, ἐφ' ἃ τέτραπται, ὡς οὐ φαύλῳ ἔχον τὸ ὄψιν, κακίᾳ δὲ ἀναγκασμένον ὑπηρετεῖν, ὥστε ὅσῳ ἂν ὀξύτερον βλέπῃ, τοσούτῳ πλείω κακὰ ἐξεργαζόμενον; τοῦτο μὲν τοι τὸ τῆς τοιαύτης φύσεως, εἰ ἐκ παιδὸς εὐθὺς κοπτόμενον περιεκόπτε τὰς δ' ἡμέτερας ξυγγενείας, ὥσπερ μολυβδίδας, αἳ δὴ ἐδωδαῖς τε καὶ τοιούτοις ἡδοναῖς τε καὶ λιχρείαις προσφυεῖς γιγνόμεναι, περὶ τὰ κάτω τρέφουσι τὴν τῆς ψυχῆς ὄψιν. ὧν εἰ ἀπαλλαγὲν περιεῖρέφετο εἰς ἀληθῆ, καὶ ἐκεῖνα ἂν τὸ αὐτὸ τοῦτο τῇ αὐτῇ ἀνθρώπων ὀξύτατα ἐώρα, ὥσπερ καὶ ἐφ' ἃ νῦν τέτραπται. Νῦν οὖν δὴ ὁπότε ἐνταῦθα γεγόναμεν, καὶ τὸ τῆς φιλοσοφίας ἔργον, ὁποῖόν ἐστι, φαίνεται, καὶ ὡς ἔστι τίμιον, αὐτόθεν ἐστὶ καταφανὲς. τὸ γὰρ περιαιρεῖν τὴν γένεσιν ἀπὸ τῆς ψυχῆς, καὶ ἐκκαθαίρειν τὴν λογιζομένην δυναμένην αὐτῆς ἐνέργειαν, μάλιστα αὐτῇ προσήκει. οὗτος οὖν ἄριστος ζόφος τὸν βίον τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν ἀσκοῦντας, ἐζῆν τεθνάναι. τοῦτο οὖν ἐπόμεθα, εἰ βουλοίμεθα ὄντως εὐδαιμονῆσαι.

Κεφ.

Κεφ. ιζ.

Ει δ' δεῖ καὶ ἀπὸ τῶν παλαιῶν λόγων, καὶ τῶν μύθων τῶν ἱερῶν τῶν τε ἄλλων καὶ τῶν Πυθαγορείων ὑπομιμνήσαι τοὺς ἀκούοντας ὅτι τὴν αὐτὴν παραίνεσιν, ἀρχώμεθα καὶ τούτου ἐντεῦθεν. ὀρθῶς λέγονται οἱ μηδενὸς δεόμενοι, εὐδαίμονες εἶναι, καὶ ὡς τῶν ἀπεράντους ἐχόντων τὰς ἐπιθυμίας, δύσβιος ὁ βίος. οὐ γάρ τοι θνητοί ἐσμεν, εἰ ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ ἀληθῆ ἐν τοῖς δὲ λέγει, λέγων,

Τίς δ' οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
Τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν;

Καὶ ἡμεῖς τῷ ὄντι τεθνάμεν. καὶ τὸ μὲν σῶμα ἔστιν ἡμῶν σῆμα. τῆς δὲ ψυχῆς τοῦτο, ἐν ᾧ αἱ ἐπιθυμίαι εἰσὶ, τυγχάνει ὄν, οἷον ἀναπείθεσθαι καὶ μεταπίπτειν ἄνω καὶ κάτω. καὶ τοῦτο ἆρα τὸν μυθολογοῦντα κομψὸς ἀνὴρ ἴσως Σικελικός τις ἢ Ἰταλικὸς παράγων τῷ ὀνόματι, ἀπὸ τοῦ πιθανόν τε καὶ πειστὸν, εἰκότως πίθον τοὺς δὲ ἀνοήτους, ἀμυήτους. τῆς δ' ἀνοήτων τοῦτο δὴ ψυχῆς, οὗ αἱ ἐπιθυμίαι εἰσὶ, τὸ ἀπόλαστον ἀμφὶ, καὶ οὐ σωφρο-

CAP. XVII.

Quod si autem & ab priscis tum sermonibus, tum etiam fabulis sacris cùm aliorum, tum etiam Pythagoricorum auditores commonefaciendi & hortandi sunt ad easdem præceptiones, & hanc nem inde recipiamus. Recte dicuntur, qui nullius indigent, felices & beati esse, & illorum, qui cupiditates habent inexplebiles, gravem esse vitam. Neq; enim admirer profectò, si illis versibus EUripides vera esse ait, inquiens,

Quis novit, utrum vivere, mori sit: mori
Rursum, ingredi vitam?

Et nos revera mortui sumus. Ac corpus quidem nostrum sepulchrum est. Atque illa animi pars, in qua cupiditates sunt, eodem planè modo se habet, ac persuaderi simul, & recidere sursum & deorsum. Atq; hoc vir quidam cõmodus & scitus, Siculus fortasse aut Italicus, ex illo hominum genere, qui fabulas concinnant, hanc animi partẽ adducens, ad nomen propter suasionẽ & credulitatem (quod πιθανὸν & πειστὸν Græcè dicitur) vocavit πίθον, id est, dolium, quòd persuasioni facilè aures præbent: insensatos verò, (ἀνοήτους) vocavit ἀμυήτους, id est, à sacris alienos & non initiatos. Horum verò profanorum partem illam animi, in qua sunt cupiditates, quæq; intemperans & incontinens est, & minimè so-

lida, assimilabat propter inexplebilē & insatiabilem cupiditatē dolio pertuso. Contrarium aūt hic plerisq; mortalib⁹ ostendit, ut eorum, qui apud inferos sunt, id, quod non videtur, dicens, hi profani homines sint miserrimi, atque aquam ferant pertuso in dolio, vel alio istiusmodi pertuso cribro. Enimvero cribrum, inquit quemadmodum dicebat is, qui ad me dicere solebat, animum esse. Animum autem insensatorum cribro assimilabat, quasi perforatum, utpote qui propter incredulitatem & oblivionem continere non valeat. Hęc omninò quidem alicui penè absurda sunt interim quod volo tibi ostendere, demonstrant evidentissimè, quemadmodum transferendum sit vitę institutum, quod inexplebiliter & intemperanter se habet, in rationē vitæ, quæ moderata & decens, præsentibúsque semper satis superque contēta est & persuadendum est beatiores esse temperantes intemperantibus. Agedum igitur & aliam dicam imaginem ex eodem, quo superior fuit prompta imago, gymnasio. Nam expende, num idem de utriusque vita, sobrii scilicet alicujus hominis, & intemperantis nepotis sentias, veluti exempli gratia, si duobus viris singulis multa essent dolia, & alteri quidem integra et incolumia ac plena essent, hoc vino, aliud melle, illud lacte, aliaque

νὸν, ὡς τετρημένος εἴη σῖθος, ἀεὶ τὴν ἀποπλησίαν ἀπεικάσας. τοὐναντίον δὴ οὗτος τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις ἐνδείκνυται, ὡς ἄρα ἐν ᾅδου τὸ ἀειδὲς δὴ λέγων, οὗτοι ἀθλιώτατοί εἰσιν οἱ ἀμύητοι, καὶ φορεῖν εἰς τετρημένον σῖθον ὕδωρ, ἑτέρῳ τοιούτῳ τετρημένῳ κοσκίνῳ. τὸ δὲ κόσκινον ἄρα λέγει, ὡς ἔφη ὁ πρὸς ἐμὲ λέγων τὴν ψυχὴν εἶναι. τὴν δὲ ψυχὴν κοσκίνῳ ἀπεικάσας τὴν τῶν ἀνοήτων, ὡς τετρημένην, ἅ τε οὐ δυναμένην σῴζειν διὰ ἀπιστίαν τε καὶ λήθην. ταῦτα ἴσως μὲν ὄζειν ὑπὸ τι ἄτοπα. ἄλλοι μὲν, ὃ ἐγὼ βούλομαί σοι ἐνδεῖξαθαι, ὡς χρὴ μεταθέσθαι ἀπὸ τοῦ ἀπλήστως καὶ ἀκολάστως ἔχοντος βίου ἐπὶ τὸν κοσμίως, καὶ τοῖς ἀεὶ παροῦσιν ἱκανῶς, καὶ ἐξαρκούντως ἔχοντα βίῳ, καὶ πείθεσθαι σώφροσι μᾶλλον ἢ ἀκολάστοις εἶναι τοὺς κοσμίους τοῦ ἀκολάστου. φέρε δὴ οὖν καὶ ἄλλην εἰκόνα εἴπω ἐκ τοῦ αὐτοῦ γυμνασίου τῆς νῦν. σκόπει γὰρ εἰ ταὐτὸν δοκεῖ περὶ τοῦ βίου κελεύειν τὸν τοῦ σώφρονος καὶ τοῦ ἀκολάστου, οἷον εἰ δυοῖν ἀνδράσιν ἑκατέροις σῖθοι πολλοὶ εἶεν. καὶ τοῦ μὲν ἑτέρου ὑγιεῖς καὶ πλήρεις, ὁ μὲν οἶνου, ὁ δὲ μέλιτος, ὁ δὲ γάλακτος, καὶ ἄλλοι

λοι

λοι πολλοὶ πολλῶν ὑγρῶν. ὑγρὰ δὲ ἐστὶν εὐχερῶς ἢ χαλεπῶς ἐκπορίζόμενα τούτων ἐστίν, ἢ μὴ πολλῶν πόνων καὶ χαλεπῶν ἀντροεικόμενα. ὁ μὲν οὖν ἕτερος πληρωσάμενος μὴ οὔτε ἐπιχεῖν, μηδὲ περιαιρεῖσθαι, ἀλλὰ ἡσυχίαν τοῖς πόνοις ἄγει. τῷ δὲ ἑτέρῳ τὰ μὲν ὑγρὰ ὡσαύτως ἔχει ἐκείνῳ, δύνατα μὲν παρίζεσθαι, χαλεπὰ δέ, τὰ δὲ ἀγγεῖα διαπεπωκότα καὶ σαθρὰ ἐστὶν, ἀναγκάζοιτο δ' ἂν ἀεὶ τὰ ὑγρὰ καὶ ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἀναπλάττειν αὐτά, ἢ τὰς ἐχούσας λυπεῖσθαι λύπας. ἆρα τοιοῦτον ὄντος τοῦ βίου, οὐκ ἔστι εὐδαιμονέστερος ὁ τοῦ κοσμίου, ἢ τοῦ ἀκολάστου. Ὁ μὲν γὰρ ὡς πλεῖστον ἐπιῤῥεῖν ἔχει τὸ εὐδαίμονον, ἐν ᾧ πολλὴ ἀνάγκη καὶ τὸ ἀπὸν εἶναι, καὶ μεγάλ' ἄττα τὰ ζημίαν εἶναι ταῖς ἐκροαῖς. ὅπερ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ χαραδρεοῦ τινα βίον διαζῆν. ὁ δὲ πεπληρωμένος εἰσάπαξ τὰ οἰκεῖα ἀγαθὰ αὐτάρκης ἀεὶ διαμένει, πάντα τὸν χρόνον. καὶ τοιαύτη μέν ἐστιν ἡ ἀρχαιοτέρα παράκλησις ἐπὶ τὴν τῆς ἀρετῆς ἐπιτήδευσιν.

multa multis aliis liquidis humoribus. Cujusque autem ex hisce dolii rari & difficiles invenitu sint liquidi humores multisque & magnis laboribus comparabiles. Cæterùm virorũ alter postquam illa implevit, nequaquam super infundat, nec illorum ullam amplius curam, sed illorum quidẽ causa quietem agat. At reci verò illi humores, ut & ipsi quidem parabiles esse poterunt, sed tamen difficiles, quòd vasa perforata & putrefacta sint, semperque tam nectu, quàm interdiu dolia ipsa implere cogatur, vel extremis doloribus ac malis discrucietur. Itaque cùm talis utriusq; vita sit, an non felicior beatiorque vita ejus fuerit, qui moderatus & temperans est eo, qui immoderatus est juxta ac incontinens? Etenim cui quàm plurimùm influit, habet id, quod beatum est, in quo in primis necesse est, viram etiam esse minimè vitalem, & perquàm magna foramina effluxionibus patere. quod nihil aliud est, quàm vitam aliquam Charadrii, hoc est, voraginis cujuspiam ducere, quæ nunquam expletur, quantumvis multum influat. At ille semel repletus propriis bonis semper permanet per omnem vitam sua sorte contentus. Talis est etiam hæc majoribus cõvenens addecensque ad virtutis studium adhortatio.

CAP.

CAP. XVIII.

HUic autem cognata est & alia accessio, quæ juxta rectā rationem ab iis, quæ manifestè in corpore apparent, ad ea, quæ sunt animi tum bona tum mala, transit, & ab malis quidem separat, & ab iis, quæ turpia sunt, abducit & quasi alienat nostram electionē ac voluntatem. Adhæc omni studio ac conatu hortatur, ut quæ honesta sunt amplectamur, nostrumque animum & cogitationem quocumque modo ad studia honestatis convertamus familiarémque reddamus. ut si, exempli gratia, corporis affectiones perpessionesque fugiendæ sunt, ut & morbi: multo nimirum prius utique, quæ animi sunt affectiones, fugiendæ erunt. Injustitia animi morbus existens res est, quæ habēti videri nequit. Et si corpus justa sua proportione cōstans perfruatur nostra animi perfectione, quum illud, quo vivimus, vitiosè se habeat secumque dissideat, nec bene instituī vita nullo modo potest. Transeamus autem etiam ad altera eodem modo. Quemadmodum enim corpora nostra ordine ornatuq; prædita, hoc est, officium suum facientia, optimè sese habent, contrà autem disturbata & officio non fungētia pessimè affecta sunt: ita animus quoq; turbatus & officio non fungens malè habebit: contra preclarè constitutus erit, cum

Κεφ. ιη.

ΤΑΥ'τη δ' ὅτι συγγενὴς ἑτέρα λῆψίς ἐστιν, ἥτις καὶ ἀναλογίαν ἔχει πρὸς τὰ ἐν τοῖς σώμασι φαινομένων ἐναργῶν, ἐπὶ τὰ τῆς ψυχῆς μεταβαίνουσα καλά τε καὶ ἀγαθά, καὶ τῆς μὲν κακῶν χωρίζουσα καὶ πρὸς τὰ ἐναντία ἀλλοτριοῦσα τὴν προαίρεσιν ἡμῶν, τῆς δὲ ἀγαθῶν ἀντιλαμβάνεσθαι πάσῃ δυνάμει παρασκευάζουσα, καὶ πρὸς τὰ καλὰ οἰκειοῦσα ἡμῶν τὴν διάνοιαν ὡς ἔπεστι τρόπου, οἷον εἰ τὰ μὲν παθήματα τὰ σώματος φυλακὴ καὶ τὰ νοσήματα, πολὺ δήπου πρότερον τὰ τῆς ψυχῆς· ἡ ἀδικία γὰρ οὖσα τῆς ψυχῆς ἀφύσικόν ἐστι τῇ ἕξει. καὶ εἰ μὴ τὸ σῶμα συμμέτρως διακείμενον ἀπολαύσειν ἡμᾶς τὴν τελειότητα τῆς ψυχῆς, ὅταν ἐκεῖνο, ᾧ ζῶμεν, πλημμελῶς ἔχῃ, καὶ στασιάζῃ πρὸς ἑαυτό, οὐκ ἔνεστιν ὀρθῶς διαβιῶναι. μετίωμεν δὲ ἐπὶ θάτερα κατ' αὐτὸν τρόπον. ὥσπερ γὰρ τάξεως καὶ κόσμου τὰ ἡμέτερα σώματα τυγχάνει χρήσαντα, ἀταξίας δὲ μοχθηρᾶς, ἐάν τε καὶ ἡ ψυχὴ ἀταξίας μὲν τυχοῦσα ἔσται πονηρά. χρηστὴ δὲ ἡ τάξεως καὶ κόσμου τινὸς ἐπιλαβοῦσα. ἐπὶ μὲν οὖν τοῦ σώματός ὁρωμεν ὅτι τοῦ

ση

ἐκ τῆς τάξεώς τε καὶ κόσμου γιγνομένη, ὑγίεια, ἰσχύς. ἐπὶ δὲ αὖ τοῦ ἐν τῇ ψυχῇ ἐγγιγνομένου ἐκ τῆς τάξεως, καὶ τοῦ κόσμου νομοθέτου ἡ καὶ νόμος ὄνομα κεῖται. ὥσπερ γὰρ ὅτι ταῖς τοῦ σώματος πάξεσι τὸ ὑγιεινὸν ἀποδίδομεν, ἐξ οὗ ἐν αὐτοῖς ὑγίεια γίγνεται καὶ ἄλλη ἀρετὴ τοῦ σώματος, οὕτω ὅτι ταῖς τῆς ψυχῆς κοσμήσεσιν ὁ νόμος λέγεται, ὅθεν καὶ νόμιμοι γίγνονται καὶ κόσμιοι. ταῦτα δέ ἐστι δικαιοσύνη τε καὶ σωφροσύνη. οὗτοῦν ἐπιμέλονται, οἷς τι μέλει δ' ἐν αὐτοῖς ψυχῆς, πρὸς ταῦτα βλέποντες, καὶ τοὺς λόγους προσαίσουσι ταῖς ψυχαῖς, οὓς ἂν λέγωσι καὶ πράξεις ἅπασας, καὶ δ' ὅ τι ἂν τι διδῶσι, δώσουσι, καὶ ἐάν τι ἀφαιρῶνται, ἀφαιρήσονται. πρὸς τοῦτο ἀεὶ τὸν νοῦν ἔχοντες, ὅπως ἂν αὐτοῖς δικαιοσύνη μὲν ἐν ταῖς ψυχαῖς γίγνηται, ἀδικία δὲ ἀπαλλάττηται, καὶ ἡ ἄλλη ἀρετὴ ἐγγίγνηται· κακία δὲ ἀπῇ. τί γὰρ ὄφελος σώματί γε κάμνοντι, ἢ μοχθηρῶς διακειμένῳ, ἢ σιτία πολλὰ διδόναι, καὶ τὰ ἡδίστα ἢ ποτά, ἢ ἄλλο ὁτιοῦν, ὃ μὴ ὄνησαν αὐτούς· ἐπεὶ ὅτι πλέον ἢ τὰ παρόντα κακὰ ἔσται· οὐ λόγος, καὶ ἐλαττόν ἐστι ταῦτα. οὐ γὰρ οἶμαι λυσιτελεῖν μοχθηρίας σώματος ζῆν ἄνθρωπον, ἀνάγ-

ordinis & officii est alicujus particeps. Itaque cùm in corpore tale aliquid accidit, ex ordine & ornatu legitimaque ejus functione nomen exsistit, dicitur-que sanitas & robur. Rursum cùm in animo aliquid exsistit, ex ordine ornatuque nomen impositum est, legales & lex. Quemadmodum enim in ordinatis illis functionibus corporis id, quod salubre est, attribuimus, ex quo in ipso corpore sanitas exsistit, atque alia corporis virtus: sic in animi ornamentis lex dicitur, undeetiam legitimi fiunt & ornati. Hæc autem sunt justitia simul & temperantia. Illi igitur, qui curam habent aliquam animi sui ad hæc respicientes, etiam animis quascumque dicunt orationes omnesque actiones afferent, & si aliquod dederint munus, illud dabunt, & si aliquid auferunt, ablaturi sunt. Ad hoc semper animum intentum habentes, ut illorum justitia quidē in animis hæreat: injustitia verò recedat, aliaque virtus subeat. Malitia autem & vitium sint in malā rem. Quid enim proderit corpori ægro praveque affecto vel cibos multos dare, & jucundissimos vel potus, vel alia, quæcumque eos non juvent? Quandoque maius vel contra minus, juxta æquam rationem ea sunt. Existimo namque homini non expedire, ut vivat corpore pravis humoribus infecto. Nam ita necesse est etiam prave

vivere. Enimverò medici ut plurimũ cupiditates repleri, veluti qui fame premuntur, ut quantum volunt, ciborum capiant, vel qui sitiunt, itidem ad saturitatem bibant, modo quidem sani fuerint, sin autem ægri fuerint, ut uno verbo dicamus, nullo modo quãtum aveant, impleri sinunt. Itidem in rebus animi se res habet, quamdiu illius constitutio prava adeoque insulsa atq; intemperans, injusta & impia est, animus ab cupiditatibus arcendus nec iis permittendus erit, sed ea facienda sunt, quibus ille melior reddatur, nihil enim ipso præstabilius est animo. Itaque arcere est ab iis, quæ desideres punire, pœna affici. Atqui animo satius est nulla pœna affici, quemadmodum plærique autumant, & temperantem moderatumq; esse multis modis melius est eo, qui nullo ornatu nulloque ordine præditus est. Quare omninò ante cõtrarios habitus justitia & temperantia exercenda est. Atq; illud quidem nobis ita se habeat.

καὶ γὰρ οὕτως καὶ ζῆν μοχθηρῶς, οὐκ οὖν καὶ τὰς ἐπιθυμίας ἀποπιμπλάναι, οἷον πιεῖν τε φαγεῖν, ὅσον βούλεται, ἢ διψῶντα πιεῖν. ὑγιαίνοντα μὲν ἰᾶσιν οἱ ἰατροὶ ὡς τὰ πολλὰ, κάμνοντα δὲ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐδέποτε ἐῶσιν ἐμπιπλᾶσθαι ὧν ἐπιθυμεῖ. ἀλλὰ μὴν καὶ περὶ ψυχὴν ὁ αὐτὸς τρόπος. ἕως μὲν ἂν πονηρὰ ἡ ἀνόητός τε οὖσα καὶ ἀκόλαστος καὶ ἄδικος καὶ ἀνόσιος, εἴργειν αὐτὴν δεῖ τῶν ἐπιθυμιῶν καὶ μὴ ἐπιτρέπειν, ἀλλ' αὐτὰ ποιεῖν ἃ ἂν ποιῶν βελτίων ἔσται. οὐ γὰρ πού αὐτῇ ἄμεινον τῆς ψυχῆς. οὐκοῦν τὸ εἴργειν ἐστὶν ἀφ' ὧν ἐπιθυμεῖ κολάζειν τὸ κολάζεσθαι. καὶ ἄμεινον τῇ ψυχῇ ἀμείνων ἕξις ἡ σωφροσύνη, ὥσπερ οἱ πολλοὶ οἴονται καὶ τὸν κόσμιον εἶναι, καὶ τεταγμένον πρὸς ἀκοσμίαν τε καὶ ἀταξίαν, ὡς ἅπασι δεῖ πρῶτον τὴν δικαιοσύνην καὶ σωφροσύνην ἀσκητέον πρὸ τῶν ἐναντίων ἕξεων. καὶ περὶ μὲν ἡμῶν οὕτως ἐχέτω.

CAP. XIX.

POterit verò etiã aliquis sigillatim ab illis bonis, quæ animi propria sunt, ad suum propositum facientia insuper narrationem instituere, ostendẽs id, quod in ipsis bonis perfectum & felicitatis proprium est. Quanto enim anima corpore præstantior est, tanto

Κεφ. ιθ.

Δύναιτο δ' ἄν τις καὶ ἰδίαν ὑπὸ τοῦτον ἐν τῇ ψυχῇ ἀγαθῶν ἐπεξελθεῖν τῷ προκειμένῳ, δεικνύων αὐτῆς τὸ τέλειον, καὶ κύριον εὐδαιμονίας. ὅσῳ γὰρ ἡ ψυχὴ τοῦ σώματος προέχει, τοσούτῳ μᾶλ-

μᾶλλον καὶ τὰ ἀγαθὰ αὐτῶν ὑπερέχει. καὶ τὰ μὲν τοῦ σώματος ἴσως εὐτελῆ καὶ ἀφρόντιστα, τὰ δὲ τῆς ψυχῆς τίμια καὶ σεμνά. καὶ τὸ ἀγαθὸν οὖν οὐ τὸ αὐτό ἐστιν, ὅπερ τὸ ἡδύ. ᾧ τε ἀγαθοῦ ἕνεκα πρακτέον τὸ ἡδύ, οὐ τὸ ἀγαθὸν ἕνεκα τοῦ ἡδέος. τὸ ἡδὺ δὲ ἔξεστι τοῦτο, οὗ παρεγενομένου ἡδόμεθα. ἀγαθὸν δὲ, οὗ παρόντος, ἀγαθοὶ ἐσμέν. ἀλλὰ μὴν ἀγαθοί τε ἐσμὲν καὶ ἡμεῖς ᾧ τὰ ἄλλα πάντα, ὅσα ἀγαθά ἐστιν ἀρετῆς τινος παραγομένης. ἀλλὰ μὴν ἡ γε ἀρετὴ ἑκάστου καὶ σκεύους καὶ σώματος καὶ ψυχῆς αὖ καὶ ζώου παντὸς, εἴ τῳ εἰπεῖν καὶ κάλλιστα παραγίγνεται, ἀλλὰ τάξει καὶ ὀρθότητι, καὶ τέχνῃ, ἥ τις ἑκάστῳ παραδίδοται αὐτῆς. τάξις δέ τις τεταγμένου τι καὶ κεκοσμημένον ἐστὶν, ἡ ἀρετὴ ἑκάστου, ὡς φαίη ἄν τις σωφρόνως λογιζόμενος. ἐν ἑκάστῳ γὰρ ὁ ἑκάστου οἰκεῖος ἀγαθὸν παρέχει ἕκαστον τῶν ὄντων. ὅθεν δὴ καὶ ψυχὴ κόσμον ἔχουσα τὸν αὐτῆς, ἀμείνων τῆς ἀκοσμήτου. ἀλλὰ μὴν ἡ γε κόσμιον ἔχουσα, κοσμία. ἡ δὲ κοσμία σώφρων. πᾶσα σώφρων ψυχὴ ἀγαθή. λέγω δὴ οὖν ὅτι εἰ ἡ σώφρων ἀγαθή ἐστιν, ἡ τοὐναντίον τῇ σώφρονι πεπον-

etiam magis animi bona corporis præcellunt. Et corporis quidem facilè, ut vilia, comtemni poterunt: animi verò pretiosa & veneranda erunt. Bonum igitur & honestum cum eo, quod jucundū est, non est idē. Ac boni causa, quę jucunda sunt, nō bona voluptatis caussa facienda. Illud autem jucundū est, quo præsente voluptate afficimur: bonū verò id est, cujus præsentia boni simus. Enim verò boni sumus & nos reliquaq; omnia, quæcumq; bona sūt talia fiunt, virtute aliqua præsente. Cęterùm virtus cujusque rei, & corporis atque animi, itemq; cujusvis animantis non temerè ac fortuitu, pulcherrimeq; adest: sed ordine & recto modo atque arte, quæ singulis ex ipsis rebus tribuitur. virtus igitur cujusque res est ordine constituta atq; ornamentum, uti aliquis prudēter ac moderatè rem reputans dixerit. In unoquoque enim is, qui cujusq; proprius est unūquodque earum rerum, quæ sunt, bonum exhibet. Unde & animus suum ipsius ornamentum habens, præstantior est eo, qui ornatu caret. Quinimò ille, qui mundum habet, ornatus compositusque est. Et qui talis, temperans & modestus est. Moderatus ergo animus bonus est. Itaque confidenter pronuncio, si animus moderatus bonus est, necessariò sequi eum, qui contrario modo affectus est cum moderato cō-

positoq; malum esse. Illum autem esse istum, qui fatuus, imprudens simul & intemperans est, admodū necesse est. Enimverò homo temperans ac prudens tam erga deos, quàm homines, ea faciet, quæ decent. Non enim sapiens fuerit, qui officiū suum non facit; sed faciet, quæ & justa sunt, & diis, quæ sancta. Illū verò, qui justa & sācta facit, justū sanctumq; esse necesse est. Et quidē juxta necesse est quoq; fortem esse. Non. n. prudentis & mēte præditi hominis est, ea, quæ non decēt, non persequi nec fugere: sed res & homines; itē voluptates ac dolores fugere & persequi, ac tolerātem perdurare ubicūq; oportet. Itaq; ante omnia necessarium est eū, qui mēte præditus est, uti exposuimus, justum, fortē & pium perfectè bonum virum esse. Bonum aūt in eo versatur, ut quis benè simul & honestè, quæcumque suscepturus est, faciat. Et quicumque benè facit, beatum juxta ac felicem esse. Malum autem, atque eum, qui prave agit, miserum esse. Hic verò fuerit ille, qui contrario modo affectus est cum mente ac ratione prædito homine, vocaturq; intemperans. Iam si ea vera sunt, ut aliquis volet, uti videtur, felix & beatus esse, ei persequenda est mentis sobrietas & prudētia, atque in ea se exercere debebit: intemperantiam verò fugiet quisq; nostrum, quantum quidem pedibus va-

θῆκ καλή ὄζιν. ἡν δὲ αὕτη, ἡ ἄφρον τε καὶ ἀκόλαστος, πολλὴ ἀνάγκη. καὶ μὴν ὅγε σώφρων τὰ προσήκοντα πράττοι ἂν ἐ περὶ θεὺς καὶ ἀνθρώπους. οὐ γὰρ ἂν σώφρονοῖ τὰ μὴ προσήκοντα πράττων, δίκαια ἂν πράττοι, περὶ δὲ θεὺς ὅσια. ἃ δὲ τὰ δίκαια καὶ ὅσια πράττοιτο, ἀνάγκη δίκαιον καὶ ὅσιον εἶ. καὶ μὲν δὴ ἐ ἀνδρεῖον γε ἀνάγκη. οὐ γὰρ δὴ σώφρονός ἀνδρός ὄζιν, οὔτε διώκειν, οὔτε φεύγειν ἃ μὴ προσήκει, ἀλλὰ δὴ καὶ πράγματα καὶ ἀνθρώπους, ἐ ἡδονὰς, ἐ λύπας φεύγειν καὶ διώκειν, καὶ ὑπομένοντα καρτερεῖν ὅπου δεῖ. ὥστε πάλιν ἀνάγκη τὸν σώφρονα ὥσπερ διήλθομεν, δίκαιον ὄντα ἐ ἀνδρεῖον καὶ ὅσιον, ἀγαθὸν ἄνδρα εἶ τελέως. τὸ δὲ ἀγαθὸν εὖ τε καὶ καλῶς πράττειν ἃ ἂν πράττῃ. τὸν δὲ εὖ πράττοντα, μακάριόν τε καὶ εὐδαίμονα εἶναι. τὸν δὲ πονηρὸν καὶ κακῶς πράττοντα, ἄθλιον. οὗτος δ' ἂν εἴη ὁ ἐναντίως ἔχων πρὸ σώφρονι ὁ ἀκόλαστος. εἰ δὴ ὄζι ταῦτα ἀληθῆ τὸν βουλόμενον, ὡς ἔοικεν, εὐδαίμονα εἶναι, σωφροσύνην μὲν διωκτέον καὶ ἀσκητέον. ἀκολασίαν δὲ φευκτέον, ὡς ἔχει ποδῶν ἕκαστος ἡμῶν, καὶ παρα-

παραπλαίσιον μᾶλλον μὲν μὴ δεῖσθαι τοῦ κολάζεσθαι. εἰ δὲ δεηθῇ αὐτὸς ἢ ἄλλος τις τῶν οἰκείων ἢ ἰδιωτῶν, ἢ πόλις δεηθείσα δίκῃ καὶ κολάσεως, εἰ μέλλει τὸ δαίμων εἶναι. οὗτος ἔμοιγε δοκεῖ ὁ σκοπὸς εἶναι πρὸς ὃν βλέποντα δεῖ ζῆν, καὶ πάντα εἰς τοῦτο τὰ αὐτοῦ σωτείνοντα καὶ τῆς πόλεως, ὅπως δικαιοσύνη παρέσται, καὶ σωφροσύνη τῷ μακαρίῳ μέλλοντι ἔσεσθαι. οὕτω πράττειν, οὐκ ἐπιθυμίας ἐῶντα ἀκολάστους εἶναι, καὶ ταῦτα ἐπιχειροῦντα πληροῦν ἀήνυτον κακὸν λῃστοῦ βίον ζῶντα. οὔτε γὰρ ἄν ἄλλῳ ἀνθρώπῳ φροσφιλὴς εἴη ὁ τοιοῦτος, οὔτε θεῷ. κοινωνεῖν γὰρ ἀδύνατος. ὅτῳ γὰρ μὴ ἐνῇ κοινωνία, φιλία οὐκ ἄν εἴη. φασὶ δὲ οἱ σοφοὶ τὸν οὐρανὸν καὶ γῆν καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους τὴν κοινωνίαν συνέχειν, καὶ φιλίαν καὶ κοσμιότητα καὶ σωφροσύνην καὶ δικαιότητα, καὶ τὸ ὅλον τοῦτο δι' ταῦτα κόσμον καλοῦσιν, οὐκ ἀκοσμίαν, οὐδὲ ἀκολασίαν. ἃ δὲ μὴ προσέχουσι τούτοις λέληθεν, ὅτι ἡ ἰσότης ἡ γεωμετρικὴ καὶ ἐν θεοῖς καὶ ἐν ἀνθρώποις μέγα δύνασθαι. δεῖ δὲ πλεονεξίαν οἴονται

leat, atq; hoc opera danda quàm maximè, ne quo modo corripi pœnaque affici cogatur. Quod si autem necessitas exigat, ut ipse, vel ex domesticis quispiam alius, vel ex privatis aut civitas castigetur, imponenda pœna erit, & supplicium exigendum, modo felix & beatus futurus sit. Hic mihi quidem scopus esse videtur, ad quem in vita respiciendum sit, suaque omnia eò dirigenda in urbe, ut justitia adsit, & temperantia ei, qui beatus futurus est, ita agēdum esse, non ut permittat, quo cupiditates intemperantes sint. Atque hæc dum conatur & in manus sumit, ut compleat inefficax malum, latronum ritu vitam transigit. Neque enim cuiquam homini talis aliquis charus amatusque erit, neque ipsi Deo. Quia cōmunicare nullo modo potest. Nam cuicumque nulla est communicatio, cum illo, nec amicitia esse potest. At sapientes dicunt cœlum & terram, deos atque homines communionem continere ac complecti, & amicitiam mundiciemque vel venustatem, temperantiam & justitiam, idque totum ideò mundum vocant, non confusam & indigestam rerum congeriem neq; intemperantiam. Ille verò, qui ad hæc animum non advertit, ignorat æqualitatem Geometricam tam in diis, quàm hominibus plurimum posse. Arbitrātur propter aviditatem, & multa habē-

di ſtudium illam exercendã eſſe: geometriã quippe negligunt. Itaque in genere vita beata ita ſe habet, eamque ſequitur, ut quis mori potiùs eligat, quibus non eſt honeſtè vivendi poteſtas, quàm liberos reliquoſque poſteros in infamiam dejicere, & parentes omneſq; majores dedecore afficere. Ei enim, qui ſuos dedecore afficit, vita vitalis eſſe non debet, ac tali nec hominum quiſquam nec deorum amicus exiſtit neque in terra nec ſubter terram mortuo. Oportet igitur unumquemque, ſi quid aliud etiam exerceat, hoc cum virtute exercere, ſcientem ſi ea abſit, omnes poſſeſsiones & ſtudia turpia ac mala eſſe. Neq; enim divitiæ formam poſſidenti cum ignavia conferunt. Talis quippe alii, nõ ſibi ipſi dives evadit, nec corporis pulchritudo ac robur, ignavo ac malo cùm adſunt, quaſiq; cohabitant, decora eſſe videntur, ſed indecora, quæque reddunt ea habentem magis illuſtrem, timiditatemque palam oſtentant, atq; omnis ſcientia ab juſtitia aliiſq; virtutib⁹ ſegregata nõ ſapiẽtia, ſed neutiquã laudabilis ſolertia eſſe videtur. Quorum cauſſa primũ & ultimum ſempérque omni ſtudio atque alacritate, quàm maximè eniti oportet, ut quis virtutis gloria majores: qui præceſſerunt, ſuperet & à tergo relinquat. Quod ſi hoc non poſsit, ſaltem hoc opera detur, ut ſuas virtutes.

δεῖν ἀσκεῖν. γεωμετρίας γὰρ ἀμελοῦσι. τὸ μὲν οὖν ὅλον τῆς εὐδαίμονος ζωῆς περὶ οὕτως ἔχει. κἂν πείσαι δὲ αὐτὸ τὸ καλῶς αἱρεῖσθαι μᾶλλον τελευτᾶν, οἷς ἐστιν ἐξουσία ζῆν μὴ καλῶς, πρὶν παῖδας τε καὶ ἐκγόνους εἰς ὀνείδη καλάσσασι, καὶ πρὶν τοὺς πατέρας τὸ μὴ πᾶν τὸ πρόσθεν γένος αἰσχῦναι. τῷ γὰρ τοὺς ἀπ' αἰσχίονος βίου τόν ἐστι, καὶ τῷ τοιούτῳ οὔτε τις ἀνθρώπων οὔτε θεῶν φίλος ὑπάρχει, οὔτ' ἐπὶ γῆς, οὔτε ὑπὸ γῆν τελευτήσασι. χρὴ οὖν πάσῃ ἄνδρα, ἐάν τι καὶ ἄλλο ἀσκῇ, μετ' ἀρετῆς ἀσκεῖν, εἰδότα ὅτι τούτου λειπόμενα ἅπαντα καὶ κλήματα καὶ ἐπιπηδεύματα αἰσχρὰ καὶ κακά. οὔτε γὰρ πλοῦτος κάλλος φέρει τῷ κεκτημένῳ μετ' ἀνανδρίας. ἄλλως γὰρ ὁ τοιοῦτος πλουτεῖ καὶ ἰσχὺν ἑαυτῷ. οὔτε σώματος κάλλος καὶ ἰσχὺς δειλῷ καὶ κακῷ ξυμοικεῖν φρίποντα φαίνεται, ἀλλ' ἀπρεπῆ καὶ ἐπιφανέστερον ποιεῖ τὸ ἔχρηα, καὶ ἐκφαίνει τὸ δειλίαν, πᾶσαν τε ἐπιστήμην χωρὶς μὲν δικαιοσύνης καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, πανουργίαν ἢ σοφίαν φαίνεσθαι. ὧν ἕνεκα πρῶτον καὶ ὕστατον καὶ ἀεὶ πάντως προθυμίαν πειρᾶσθαι δεῖ ἔχειν, ὅπως μάλιστα μὲν ὑπερβαλεῖται τις τοὺς πρόσθεν προγόνους εὐκλείᾳ. εἰ δὲ μὴ, ὅ-

πως

πως ἴσον ἀυτὸ κατασήσῃ τὴν αὐτοῦ καλοκαγαθίαν· ἡ μὲν γὰρ ἐν τούτοις νίκη τιμὴν φέρει. ἡ δὲ ἧτα, ἐὰν ἡτᾶταί τις, αἰσχύνην. μάλιστα δ' ἂν νικήσῃ τις ἐν τούτοις, εἰ σωφρονιζόμενος τῇ τῶν προγόνων δόξῃ μὴ καταχρήσαιτο, μηδ' ἀναλώσαι αὐτὴν μάτην καλῶς εἰδώς, ὅτι ἀνδρὶ οἰομένῳ τι εἶναι, οὐκ ἔστιν αἰσχιον, ἢ παρέχειν ἑαυτὸν τιμώμενον μὴ δι' ἑαυτὸν, ἀλλὰ διὰ δόξαν προγόνων. εἶναι μὲν γὰρ πᾶσι γονεῦσιν ἐκγόνοις καλὸς θησαυρὸς καὶ μεγαλοπρεπὴς, χρῆσθαι δὲ καὶ χρημάτων καὶ τιμῆς θησαυρῷ, καὶ μὴ τοῖς ἐκγόνοις παραδιδόναι αἰσχρὸν καὶ ἀνανδρον. ὑπαρχὴ δὲ αὐτῷ κτημάτων τε καὶ εὐδοξιῶν. ἀφ' ἑαυτῷ γὰρ ἄρχεσθαι δεῖ πάντων τῆς ἀγαθῶν καὶ τῆς εἰς εὐκλείαν καὶ εὐδαιμονίαν φερόντων. πάλαι γὰρ δὴ τὸ μηδὲν ἄγαν λεγόμενον, καλῶς δοκεῖ λέγεσθαι. τῷ γὰρ ὄντι εὖ λέγεται. ὅτῳ γὰρ ἀνδρὶ εἰς ἑαυτὸν ἀνήρτηται πάντα τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν φέροντα ἥκιστα τούτων καὶ μὴ ἐν ἄλλοις ἀνθρώποις αἰωρεῖται, ἐξ ὧν ἢ εὖ, ἢ κακῶς πραξάντων πλανᾶσθαι ἀνάγκη κάτω, καὶ κάκιον, τούτῳ δεῖ-

probitatémque cum virtutibus æqualem constituat, quas ab majoribus accipit. Nam in illis victoria honorem affert. At si quis ita vincatur, ut aliquis nobis sit superior, hoc verò pudorem & dedecus generat. Maximè autem superaverit quis in hisce, si ita vitam suam instituerit, ut majorum gloria non abutatur, neque illius umbra frustrà eroget, probè sciens, viro se aliquid esse existimanti nihil turpius esse, quàm seipsum non per se, suamque virtutum respectu, sed propter majorum gloriam honorandum præbere. Honores namq; parentum ex se natis nepotibus præclarus est magnificusque thesaurus, uti verò cùm pecuniarum, tum honorũ thesauro, & non tradere etiam posteris, turpe parumque virile atq; effœminatum est. Laborat autem propriarum possessionum atque optimæ famæ defectu. A se enim incipere debent bona omnia, eaq;, quæ ferunt ad honestam nominis existimationem simul & felicitatem. Enimverò jam olim diverbiũ illud *Nihil nimis*, probè dictum videtur. Revera enim benè dicitur. Nam quicunque mortalium ita se comparavit, ut ab ipso pendeant omnia, quæ ipsi ad beatitudinem conferunt, vel ad hoc proximè accedant; nec ab alijs hominibus pendeat, qui si vel benè vel malè agat, errare coactus fuerit. Atq; illius res hoc nomine optimè

timnè in vita constitutæ sunt. Hic ipse fuerit, qui animo temperans, atq; hic qui fortis, adeoque prudens est. Hic, si contingant pecuniæ & opes ac liberi, atq; illa etiã pereant, proverbio maximè fidem habebit. Nam quia sibi ipsi fidit, nunquãm vel nimis gaudere vel dolere videbitur. Tales autem nos & vitos bonos esse cupimus, nec indignantes nimium, nec metu perterritos, sive in præsentia vel vita decedere, vel aliud quid, quod in rebus humanis usu venire solet, perpeti oporteat. Nam hanc sententiã firmiter retinere oportet, bonum quidẽ virum, quod temperans ac justus sit, felicem beatumq; esse, sive is magnus ac robustus, sive parvus atque imbecillus, sive dives, sive etiam pauper sit. Sin autem Cinyra ac Midæ divitiis magis abundet, sit verò injustus, ille & miserè est & moestè miserèque vitam transigit. &,

Haud eqhidem illum iniquam, vel mente animoq; recordor.

Nec quo tempore virum ullo tempore fluctuan-

inquit poeta, si quidem rectè ait, qui nõ omnia, quæ bona dicuntur, cum justitia administret ac sibi paret. Ac talis hostitus existens propè stare & comminus confligere desideraverit. Injustus verò non audeat videre *eadem sanguinolentam*, nec currendo devicerit *Thracium boream*, neque quicquam ex illis, quæ bona dicuntur, ei unquam obve-

σει παρεσκευάσθαι ζῆν, οὗτος ἐστὶν ὁ σώφρων, καὶ οὗτος ὁ ἀνδρεῖος καὶ φρόνιμος. οὗτος μὲν οὖν ἀγρυπνήσει χρημάτων, καὶ παίδων, καὶ διαφθειρομένων μᾶλλον φείσεται τῆς παρουσίας· οὔτε γὰρ χαίρων οὔτε λυπούμενος ἄγαν φανήσεται διὰ τὸ ἀπὸ τῆς παρουσίας θεῖναι. τοιούτους δὲ ἡμεῖς αἰξιοῦμεν καὶ τοὺς ἀγαθοὺς εἶναι, οὔτε ἀγανακτοῦντας οὔτε φοβουμένους ἄγαν, εἰ δεῖ τελευτᾶν ἐν τῷ παρόντι, ἢ ἄλλο τι πάσχειν τῶν ἀνθρωπίνων. διατεταμένως δὲ δεῖ ταύτην ἔχειν τὴν δόξαν, ὡς ὁ μὲν ἀγαθὸς ἀνὴρ σώφρων ὢν καὶ δίκαιος, εὐδαίμων ἐστὶ καὶ μακάριος, εἴτε μέγας καὶ ἰσχυρὸς, εἴτε μικρὸς καὶ ἀσθενὴς, καὶ εἰ πλουτῇ καὶ μή. εἰ δὲ ἄρα πλουτῇ τῇ Κινύρᾳ τις καὶ Μίδᾳ μᾶλλον, ἂν δὲ ἄδικος, ἀθλίως τε ἐστὶ καὶ ἀναιρῶς ζῇ. καὶ,

Οὔτ' ἂν μνησαίμην,

φησὶν ὁ ποιητὴς, εἴπερ ὀρθῶς λέγει, οὔτε εἰ λόγῳ ἄνδρα τιείμην, ὃς μὴ πάντα τὰ λεγόμενα καλὰ μηδ' ἁγαθοσύνης ἄρατοι καὶ ἐσθλοῦ τυγχάνει· θέμις τοίνυν τοῦτον ὑπερβῆναι τῷ ὕδατι ἰὼ μέλανος, ἄσπαστος δ' ἰών, μήτε τολμᾷ ὁρᾶν φόνον αἱματόεντα, μήτε νικῶν θεὸν Θρήικιον Βορέην. μήτε ἄλλο αὖ μηδὲν τῶν λεγομένων ἀγα-

θῶν

θαν γίγνοιτο σοτέ. τὰ γὰρ ὑπὸ τῶν πολλῶν λεγόμενα ἀγαθὰ οὐκ ὀρθῶς λέγεται. λέγεται δὲ ὡς ἄριστον μὲν ὑγιαίνειν, δεύτερον δὲ καλλος, τρίτον δὲ πλοῦτος. μυρία δὲ ἄλλα ἀγαθὰ λέγεται. καὶ γὰρ ὀξὺ ὁρᾶν καὶ ἀκούειν, καὶ σαίνα ὅσα ἕκαστα τοιαῦτα αἰσθήσεων ἡδέως ἔχειν. ἔτι δὲ καὶ τὸ σοφὸν τυραννίδα, ὅτι ἀνθρωπικὸν. καὶ ὅλως τέλος ἁπάσης μεταμελείας, τὸ πάντα ταῦτα κεκτημένον, ἀθάνατον εἶναι δοκεῖν ὅτι τάχιστα. ὁ δὲ ἡμῶν λόγος τὰ ἐναντία λέγει, ὡς ταῦτα ὄντα ξύμπαντα δικαίοις μὲν ἀνδράσιν ἄριστα κτήματα. ἀδίκοις δὲ καὶ κακοῖς ξύμπαντα ἀρχαῖνος ὄντα ὑγιείας. ἔστι δὲ καὶ τὸ ὁρᾶν καὶ ἀκούειν, καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι, καὶ τὸ παράπαν ζῆν, κάκιστον μὲν καὶ ἐπὶ ξύμπαντα χρόνον ἀθάνατον ὄντα, καὶ κεκτημένον πάντα τὰ λεγόμενα ἀγαθὰ, πλὴν δικαιοσύνης. ἐν ἀρετῇ δὲ ἁπάσης ἔλαττον δὲ ἀνὴρ ὁλίγιστον ὁ τοιοῦτος χρόνον ὄφελεν ζῆν. λέγω γὰρ δὴ σαφῶς τὰ μὲν καλὰ λεγόμενα ἀγαθὰ τοῖς ἀδίκοις εἶναι, τοῖς δὲ δικαίοις καλὰ τὰ δὲ ἀγαθὰ ἀληθῶς μὲν ἀγαθοῖς ὄντως ἀγαθά. τοῖς δὲ κακοῖς καλὰ. καὶ ὁ μὲν ἄδικος ζῶν εὐδαίμων, ἐὰν ἀίδιος αἰῶνος ζῇ. εἰ δὲ αἰῶνος, καὶ κακῶς. ὥστε καὶ ἀνδρὸς ζῆν, καὶ ὑμφορίως ἑαυτῷ. τὸ γὰρ αὐτὸ ἡδὺς ὄντα καὶ ἄριστον ὑπὸ θεῶν

niet. Quæ enim vulgò bona appellantur, non rectè talia dicuntur. Etenim divinum optimũ esse nobis valere, secundo deinde loco, pulchritudo, tertio divitiæ: infinita verò alia bona dicuntur. Etenim acutè cernere & audire, atque omnibus sensibus ita affectum esse, ut iis cõmodè deatur quæque usui sunt, in ordine bonorũ censentur. Ad hæc verò etiam efficere, ut quis tyrannidẽ exerceat, &, quod volet, faciat. Et finẽ omnis beatitudinis esse perhibẽt, utqui omnia hæc habeat, eũ quàm citissimè immortalẽ exsistere. Mea verò oratio hæc ait, illa omnia justis quidem ac pijs viris, optimas esse possessiones: injustis autem omnes esse pessimas, initio sũpto ab ipsa similitudine. Enimverò cernere atq; audire sensuq; aliquid percipere, & in universum vivere, maximi quidem malũ est, toto tempore immortalẽ esse, ac possidere omnia, quæ dicũtur, bona, excepta justitia omniq; virtute. Minus verò fuerit, si talis quàm minimo tẽpore supervivat. Manifestè dico, ea, quæ « mala dicuntur, injustis bona esse, justis « verò mala. Bona verò, bonis viris vere « bona esse, at malis cõtrà mala. Atq; ille, « qui injustè vivit & eorum habet, necessariò etiam turpiter vivit. Quod si turpiter, ergò etiam malè. Itaque etiã « injucundè vivit, & parum sibi utiliter. « Eandem enim ipsam secundissimam optimámque ab diis vitam dicia[illegible]

verissimè dicimus. Si igitur bona cum vita, quæ secundum virtutem traducitur, maximè cohæret, tùmq; revera bona sunt, & gaudere soli philosophiæ studio conjunctum quadrat, omnium causa oportet hanc vitam eligere eos, qui verè cupiunt felices esse & beati. Quocirca existimo non esse inconcinnum nec inconveniens, hîc etiam exhortationem jam admotam adhibere per certas præceptiones explicationi ejus, quopacto vita sit instituenda, & maximè quę interpretatio indicet hoc, non avulsas esse orationis partes ab ea, quæ tendit ad sapientiæ studium. Cõtinentia enim & contigua sunt omnia inter se mutuò. Iuxta hanc igitur methodum ab pretiosissimis præstantissimisque initium sumimus, primum quemadmodum Deus sit colendus. Ipse verò cultus numinis non est eũ turus, nisi eo, quũ colit, numini, quod colit, si mili. reddito.

βίον λέγεσθαι φαίνονται, ἀληθέστατα ἐροῦμεν. εἰ τοίνυν ἡ τὰ ἀγαθὰ τῇ κατ' ἀρετὴν βίῳ μάλιστα συνήρτηται, & τότε ὄντως ἀγαθὰ ὄντως, καὶ τῇ χαίρειν, τῇ φιλοσοφῶν μόνῳ συναπτέτηται, πάντων ἕνεκα χρὴ τοῦτον τὸν βίον προαιρεῖσθαι τὸν βουλομένους ὄντως εὐδαιμονεῖν. οἶμαι τοίνυν οὐκ ἀνάρμοστον εἶναι ἐνταῦθα τῇ τῶν ὑποθηκῶν προσοπτικῶς πως συναγαγόντας εἰς τὴν ὑφήγησιν, τὸ πῶς δεῖ βιοῦν. & μάλιστα ἐμφαίνουσαν τοῦτο, ὡς οὐκ ἀπίασας τὰ τῆς λόγου τῆς καὶ φιλοσοφίας μέρη. συνεχῆ δ' ὄντα πάντα πρὸς ἄλληλα. καὶ δὴ καὶ τοῦτο οὖν τὴν μέθοδον ὑποτιθέμεθα τιμιωτάτων ἀρχόμενα πρῶτον, ὡς δεῖ θεοσέβειαν ἀσκεῖν. αὐτὸ δὲ οὐκ ἂν παραγένοιτο, εἰ μὴ τις ἀφομοιώσεις τῷ θεραπευομένῳ τὸ θεραπεῦον.

CAP. XX.

ΚΕΦ. κ.

CAeterum hanc similitudinem & parilitatem haud aliâ æquè ulla res præbet, quàm Philosophia. Imò maximi sanè faciendum sit ab mentiendo esse alienum. Ut enim quis se esse profiteatur veracem, tum in deos juxta divinam veritatem, tum in homines juxta humanã, præst nobis omnia tum divina tum humana bona.

Τὴν δὲ ὁμοιότητα ταύτην οὐκ ἄλλη τις, ἢ φιλοσοφία παρέχει. ἀλλὰ μὴν καὶ ἀψευδείας δεῖ περὶ παντὸς ποιεῖσθαι. τὸ γὰρ ἀληθεύειν & πρὸς θεοὺς καὶ τὴν θείαν ἀλήθειαν, καὶ πρὸς ἀνθρώπους κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην, ἡγεῖται ἡμῖν πάντων τῶν θείων καὶ ἀνθρωπίνων ἀγαθῶν.

θεῶν. τοιαύτης δὲ οὔσης τῆς ἀληθείας μέρος ἐστὶ φιλοσοφίας αὐτῆς παραγενέσθαι μοῖρα. ὁ δὲ φιλαλήθεις μάλιστα τῶν ἀληθείας ἐστὶν ὁ φιλόσοφος. ἔτι τοίνυν φημὶ νόμου τὴν δύναμιν καὶ ἐν μέσῳ ἐπιτάττοντος προσήκειν, καὶ ὡς χρὴ τοῦτον αὐτὸν δεῖ. ταῦτα δὲ οὐκ ἔστιν μαθεῖν, ἢ ἀρετὴν κτώμενον, πρὸς τὴν δύναμιν, καὶ τὴν χρῆσιν τῶν ἡμῶν ἀναφέροντα. ἡ δὲ τῆς ἀρετῆς ἐπιτήδευσις ἐστὶ φιλοσοφίας παραγύμνασις. ἔστιν οὖν πρὸς ταῦτα κεχρημένον δεῖ φιλοσοφίᾳ. ἔτι τοίνυν εἰδέναι δεῖ πάντας τοὺς ἀνθρώπους ὁμαλῶς ἔχειν. ἵνα δὲ οὐκ ἀπατηθείς τις δόξειεν, μὴ τὸν πάσαν προσήκοντος διαλογισμὸν ἐπὶ πᾶσαν τῶν πράξεων ἐπιτιθέμενος τὴν ἀξίαν τε καὶ διαφορὰν ἑκάστου καὶ ἀνθρώπων, καὶ δυνάμεως ἑκάστου, καὶ τὰς φύσεις ἑκάστων, καὶ τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις, καὶ πάντα ἀπὸ τούτων τὰ τοιαῦτα συναιρούσης λόγου. ἀλλὰ μὴν ἀκατονόητόν ἐστιν χωρὶς φιλοσοφίας παραγενέσθαι. τῶν τοίνυν ὄντων χρήσιμος ἐστὶν ἡ φιλοσοφία. δεῖ δὲ καὶ τοὺς θεοσεβεῖς καὶ ἀνθρώπους πάντας ἐπιζητεῖν ἀπὸ τῆς ἀνθρώπου φερομένης ὁδοῦ. ἐξαίρετον χειροῦσθαι τὴν ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ τοῦ θεοῦ φερομένην, καὶ ἀνθρώπους ἀνομίας,

Cùm autem veritas talis sit, ea tantùm modò philosophiæ præsidio nobis cõtingit. Soli quippe Philosophi veritatis cupidissimi spectatores sunt. Proinde vim cujusque legis, & quemadmodũ iis vtendum sit, quemq; scire oportet. Hæc autem perdiscinon possunt, nisi abiis, qui virtutem colunt, adæquatum vim, tum nostram legũ referimus. Porrò virtutis studium & exercitatio sapientiæ studio comparatur. Itaque & ad hanc ipsam Philosophia dux est. Ad hæc sciendum est, quopacto cum hominibus congredi deinduas ac vivendum sit. Hoc autem nemo rectè queat, qui non diligenter in omnibus actionibus, eius attingens enumerationem defensionemq; cum dignitatem, tum etiam confusionem consideraverit. Qui noritq; possit omnium hominũ mores singulorumq; naturas, atque animi potentias ac rationes, secundum hæc omnia conjuncta judicio discernere. Atqui horum quidem nullum absque sapientiæ studio assequi cõparatúsque. Atque horum causa utilis quo utilis fuerit Philosophia. Quod si verò etiam homines instar belluarum immanes, fortitudinis lex quasi certamine vincere atque expugnare præcipit & admonet, iramq; ferasq; maximè noxias mansuefacere & subigere, tum ad pericula prompti animosq; adeundo, cogit ad sustinendũ assuefacere,

videamus etiã ecquę nos scientia aut vis ad ea aptos & idoneos reddat. Cernè nullam aliam, ut ego quidem iudi-co, reperiemus, quàm solam Philoso-phiã. Ea enim méditatur, atq; omnes nervos in hoc intendit; ut tolerans sit ac mortẽ contemnat, item ut omnem vitam temperantiam exercear, & ad labores generosè hortatur, voluptates verò prorsus negligit. Hæc igitur sola manibus extensis apprehendenda est iis, qui omnium divinorum humanorumque bonorum participes esse volũt. Nam ut simpliciter loquamur, quodcunque quis volet actione ipsa effectum dare ad præstantissimum finem, vel ad sapientiam, vel fortitudinẽ, vel facundiam, vel ad virtutem sive universam, seu aliquam illius partem; ex hisce facile esse efficere, ac primum quidem cuiusq; oportere. Atq; hoc quidem fortunæ datum, partim collatum esse jam ipsi homini, partim verò ejus esse generis, ut homo bonorum honestorumque cupidus fiat, ad hæc laboris amans, & maturrimè quæsque summo dilucido discens, & multum temporis cum illis conversans. Quòd si autem hisce aliquid ablit, fieri non potest, ut vel unum ad extremum finem effectum reddatur. Qui verò hæc omnia habet, ei hoc, quicquid omnes aliquis ex hominibus exerceat, incredibile sit. Iam si hoc in aliis scientiis re-

ἰδωμεν ἢ σφᾶς ταῦτα τὰς ἡμᾶς ὅπως ἐστὶν ἢ δύναμις ἑτοιμοτάτους ποιοῦσα πρὸς ἕκαστα αὐτῶν, εἰς ἃ ἐγχειρῶμεν, ἢ μόνη φιλοσοφία. αὕτη γὰρ ἐξαμιλλᾶται καρτερεῖν τε τὸν θάνατον καταφρονεῖν ἐγκρατεύειν τε ὅλου τοῦ βίου, ἢ σφόδρα μὲν ἔρωτας ποιοῦσι ἐγκαλεῖν γυναικῶν, τῶν δὲ ἡδονῶν ὑπερορᾶν σπουδαίως. μόνης δὲ ταύτης ἀντιλαμβάνεσθαι χρὴ τοὺς βουλομένους τοῦ ἀρίστου κτᾶσθαι καὶ ἀνθρωπίνου ἀγαθοῦ ἀπάσης ἐπιμελῶς ἐπιχειρεῖν. εἰς γὰρ ἁπάντων τοῦτο ἔστι τὸ βέλτιστον, ἐπιστήμη σοφίαν, ἔμφρονα εὐβουλίαν, ἐπιτήδευμα πολλαπλασίως, ἐπιστήμης ἢ τῶν σύμπασων, ἢ μέρος τι αὐτῆς, ἐκ τούτων ἕκαστον εἶναι παρασκευάσαι, φύσει μὲν ἁπάντων δεῖν. ἢ τοῦτο μὲν τῇ τύχῃ δεδόσθαι, τοῦδε ἐπ' αὐτοῖς ἤδη τοῖς ἀνθρώποις, τοῦδε αὖθις ἐπιθυμητὰν γίνεσθαι τοῖς καλοῖς ἢ ἀγαθοῖς, φιλόπονόν τε ἢ ἀκριβῆ εἶναι τὰ μανθάνοντα ἢ πολὺν χρόνον αὐτοῖς συνδιατελοῦντα. εἰ δέ τι ἀπείποι τούτων, οὐκέτ' ἔστιν ὅτου ἂν ἕνεκα τὸ ἄριστον ἐργάσαιτ' ἄν. ἑκάστου δὲ ἁπάντων ἐστὶν ἀνυπέρβλητον γίνεσθαι τοῦτον ἐν ἅπασι τοῖς ἀνθρώποις. εἰ δὲ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ἁπασι μὴ ὀρθὸν τοῦτο,

τὸ, σὺν ὅσῳ δὲ πλέον ἐστὶ τῆς ἡμε-
τέρας καὶ πάσης τῶν τεχνῶν φι-
λοσοφίας, σὺν ὅσοις τε δεῖ πάντας
ὑφίστασθαι πόνοις, καὶ χρόνον ὅσον
ἀνήλωται καταναλίσκειν εἰς τὴν μάθησιν,
προθυμίαν τε τὴν σοφίᾳ φιλίας πᾶ-
σιν ἐμποιεῖ. ἐκ δὲ τούτων ἔστιν ἃ δεῖ τὸν βε-
λτίστου δόξαν παρὰ τοῖς ἀνθρώ-
ποις λαβεῖν, καὶ τοιοῦτος φαίνεσθαι,
οἷος ἂν ᾖ, αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τὸ ἄρξα-
σθαι καὶ ἐπιχρῆσθαι τῇ ὠφελίᾳ ἀεὶ
ἐφ' ἑκάστῃ ἡλικίᾳ. συγχρονι-
σθῆναι μὲν γὰρ ἅμα τούτοις, καὶ αὐτὴν
καταβρύσαντα καὶ συναυξηθῆναι εἰς
τέλος λαμβάνει, βέβαιον δὲ δόξαν
καὶ τὸ πλέον σῴζεται. ὅτι ἀπιστεῖ-
ται τὰ ἄδηλα ἀνηδοίας, καὶ ὀφθόνος
ἔστιν ἀνθρώποις ἃ φρονοῦσιν, ἐν οἷς
μὲν οὐκ αὔξουσιν, οὐδ' ὅλως
ὠφελοῦσι, τὰ δὲ καὶ βλάπτεσθαι
μεμφόμενοι. ὥστε τὸ δίκαιον. καὶ
ἡδὺ τοῖς ἀνθρώποις ἄλλον τινὰ
τιμᾶν. αὐτοὶ γὰρ ἐπιτιμᾶν τινος ἢ
ψέγειν, χειροήθεις δὲ καὶ
ἀλλήλοις ἐσμὲν, καὶ σμικρὸν ἐκ πολ-
λῶν ἐπαχθέντες, ἐπαινέται καὶ ἀκου-
σίως ὅμως γίγνονται. ἅμα δὲ καὶ οὐκ
ἀμφιβάλλουσιν, εἴτε ἄρα τοιοῦτος
ἄνθρωπός ἐστιν, οἷος φαίνεται, ἢ ἐν-
εδρεύει καὶ θηρᾶται. δόξαν ἐπὶ
ἅπασι, καθ' ἃ πράττεται, ταῦτα
ἀλλοπίζεται ὑπαγόμενος τοὺς
ἀνθρώπους. ἐν δὲ τῇ ζόμῃ,

dum est, quãto magis in omnium artiũ principe Philosophia labores omnes generosè sustinendi sunt, & ad eam perdiscendam multum temporis impendendum, & alacritas maxima afferenda est? Adhæc unde quis volet gloriam apud homines sibi comparare, & talis videri, qualis sit, ab prima statim juventa occipiendum est, eoque æqualiter semper utendum, neque alibi aliter. Unumquodque enim horum quasi eodẽ tempore & confestim acceptum, acceptoque simul incremento firmam tandem solidamque gloriam & honorem capit, idcirco quod sine ulla dubitatione jam creditur, ac hominum invidia non laborat, propter quam partim quidem non sumũt incrementum, neque quod probabile & rationi consonum est, significant: partim verò planè reprehensi præter fas & æquum mentiuntur. Non enim jucundum est hominibus aliam aliquem colere. Ipsi quippe aliqua se re privari dolent. Ab ipsa verò necessitate subacti, & paulatim jam ab longo tempore addncti, laudatores idque etiam inviti nihilo secius evadunt. Adhæc verò etiam non dubitant, sive talis est homo, qualis apparet, sive insidiis petit, venaturq; gloriam per impostura, & iis, quæ agit, itidẽ gloriam captare in hominũ animos irrepens. In illo autem, quem jam antè dixi, modo, &

in quo virtus fuerit exercita, de ea fidē bonamque existimationem ac gloriā facit. Siquidem homines vehementer & pro virili capti neq; invidia possunt uti, neque etiam num se posse decipi arbitrantur. Adhæc verò & tempus cuiq; actioni ac rei cùm multum diutissimeq; adsit, quod exercitū est communit. Exiguum autem temporis spacium hoc effectum reddere nequit, atque artem quidem audiens aliquis oratione propositam, si eam didicerit, brevi temporis spacio non fuerit præceptore suo inferior. Virtus autem ea fuerit, quæ ex multis operibus constituitur. Fieri autem non potest, ut qui eam tardè occœperit, exiguo temporis intervallo ad finem exitumque deducat: Sed unà cum ipsa virtute educari atque augescere oportet, ut arceātur quidē ab malis cùm sermonibus, tum etiam moribus, in his autem versetur, eaque diligenter & cum maxima cura multo longoque tempore efficiat. Illico verò talis ferè gloriæ ac famæ noxia ac detrimērum adest. Eos enim, qui de improviso brevique tempore vel divites, vel sapientes, vel boni, vel denique fortes facti sunt, homines nō libenter recipiunt. Quod si hæc vera proferimus, & non possit aliter similitudo morum atque illud stabile & à lapsu alienum comparari, quàm solo sapientiæ studio, atque id ex hisce cō-

ἐφ' ἡγοῦ προσῆκον ἀναθὴν τε ἦν ἀρετὴν οὖσιν ἐπιτηδεῖ περὶ αὐτῆς καὶ εὐκλεᾶ· ἐαλωκόταις γὰρ ἤδη καὶ τὸ ἰσχυρὸν οἱ ἄνθρωποι, οὔτε τῷ φθόνῳ ἔτι δύνανται χρῆσθαι, οὔτε ἀπατᾶσθαι ἔτι οἴονται, ἔτι δὲ καὶ ὁ χρόνος σεμνῶν μὲν ἑκάστῳ ἔργῳ καὶ ἀναγκαίων πολὺς καὶ διὰ μακροῦ κρατύνει τὸ ἀσκούμενον. ὁ δὲ ὀλίγος χρόνος οὐ δύναται τοῦτο ἀπεργάζεσθαι καὶ τέχνην μὲν ἄν τις κατὰ λόγους παραδόμενος, καὶ μαθὼν οὐ χείρων τοῦ διδάσκαλος ἂν γένοιτο ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ· ἀρετὴ δὲ ἡ τις ἐξ ἔργων πολλῶν συνίσταται, παρ' ἣν οὐχ ὅ τι ἂν τις ἀφ' [illegible] ἐν ὀλιγοχρονίῳ ἐπὶ τέλους ἀγάγοι· ἀλλὰ σωφροσύνην τε αὐτῆς δεῖ καὶ σωθῆναι, τῆς μὲν ἐρχομένων κακῶν καὶ λόγων καὶ ἠθῶν ταῦτ' ἐπιτηδεύοντα καὶ κατεργαζόμενον σὺν πολλῷ χρόνῳ καὶ ἐπιμελείᾳ, ἅμα δέ τις καὶ τῇ ἐξ ὀλίγου χρόνου εὐδοξίᾳ προσγίγνεται βλάβη ταῖς δὲ ἐξαπίνης καὶ ἐξ ὀλίγου χρόνου πλουσίοις, ἢ σοφοῖς, ἢ ἀγαθοῖς, ἢ ἀνδρείοις χρωμένοις ἐν ἀπροσδοκήτοις καιροῖς οἱ ἄνθρωποι εἰ δὲ ταῦτα ἀληθῆ λέγομεν, καὶ ἐκ οἵου τε ἄλλως τὴν ὁμοιότητα τοῦ ἤθους καὶ τὸ βέβαιον

οι καὶ

οὐ καὶ διαλαβεῖν ὅπερ ἐγγενέσθαι δεῖ διὰ μόνης φιλοσοφίας, καὶ τοῦτο σαφὲς γίγονεν ἐκ τούτων, ὡς εἴβουλόμεθα τελείως ἀγαθοὶ γενέσθαι, τελείας τε καὶ εὐδαιμονίας ὄντως μεταλαβεῖν, ἓν ἄλλο τι πρακτέον ἡμῖν, ἢ φιλοσοφητέον. ἔτι τοίνυν καὶ ἥδε ἡ παραίνεσις ἐπὶ τὸ αὐτὸ τέλος φέρει· ὡς ὅταν τις ὁρμηθεὶς ἐπὶ τοῦτο καταεργασάμενος, ἔχῃ αὐτὸ εἰς τέλος ἐάν τε εὐγλωττίαν, ἐάν τε σοφίαν, ἐάν τε ἰσχύν, τοῦτο εἰς ἀγαθὰ καὶ νόμιμα καὶ καλὰ χρῆσθαι δεῖ. εἰ δὲ εἰς ἄδικά τε καὶ ἀνόμως χρήσεταί τις τοῖς σφ' ὑπάρχουσιν ἀγαθοῖς, πονηρὸν κάκιστον ἔσῃ τὸ τοιοῦτον καὶ ἀπεῖναι πολλῷ κρεῖττον αὐτὸ ἢ παρεῖναι. ᾗ ὥσπερ εἴ τις ἄθλιος τελέως ὁ τούτων μηδὲν ἔχων ἐπιγένοιτο, εἰς τὰ ἀγαθὰ αὐτοῖς κατα-χρώμενος, οὕτω πάλιν πάνυ κακὸς ἐξελέσθαι δ' εἰς τὰ πονηρὰ χρώμενος. ἔτι τε αὖ ἀρετὴ ὁρμώμενον δ' συμπέσοις, σκεπτέον εἶναι ἐκ τίνος ἂν λόγου ἢ ἔργου ἄριστος εἴη. τοιοῦτος δ' ἂν εἴη ὁπλίζοις ὠφέλιμος ὤν, εἰ μὴν εἰς χρήματα δοθεὶς εὐεργετήσει τοὺς πλησίον, ἀναλισκόμενος καλὸς ἂν εἴη. πάλιν αὖ συλλέγων τὰ χρήματα, ἵνα μὴ τοιοῦτος ἂν οὕτω φθονερὸς εἶναι δόξοι, ὥστε μὴ ἐπιλείπειν δεόμενα καὶ δωρούμενον. εἶτα αὖτη αὖθις δεῖλεγε κακία προσγίγνεται μὴ πάνυ εὐκαιρούντων χρημάτων,

spicuum & manifestum extitit, ut si plenè perfectéque boni esse velimus, ac gloriæ felicitatisque verè esse participes, non aliud nobis omninò agendum, quàm Philosophiæ incumbendum. Quinimò & hæc admonitio ad eundem tendit finem, ut cùm quis rē aliquam, quam summopere expetivit, postea cōfecerit, in eundem planè finē respiciet cum eo, qui vel eloquentia, vel sapientia vel fortitudine præditus erit, ut ea perfrui valeat ad ea, quæ honesta & cū lege conjuncta sunt. Quod si autē usus fuerit aliquis bono, quod jam acquisitum est ad ea, quæ injusta & illegitima sunt, illud nimirum omnium pessimū dicendum est, ac præstabilius esse longè, ut ab homine absit, quàm ei adsit. Et quemadmodū qui horū quid habet, perfectè bonus redditur, dum iis ad honestatem utitur: ita rursum pessimus evadit, qui illis ad nequitiem abutitur. Rursum qui universas virtutes expetit, ei expendendum, quanam ratione vel actione fuerit optimus. Talis fuerit, qui quum plurimis utilis exsistit, si quidem aliquis pecuniis datis benignitatem exerceat in proximos, cogetur esse malus. Rursum pecunias colligēs, deinde istas non ita copiosas colligat, ut non remaneat ei, & qui dona cōfert, & dona accipit. Deinde hæc rursum secunda pravitas & malitia adest, post pecuniarum collectionem,

lectionem, si ex divite fiat pauper, & ex eo, qui aliquid possedit, fiat & evadat nihil habens. Quo pacto igitur aliquis qui in sua possessione pecunias nō habeat, sed alio aliquo modo in homines beneficia conferat, atque ea faciat non cum pravitate, sed cum virtute: Adhæc quopacto is, qui donat, habeat dationem talem, ut nunquā deficiat. Hæc igitur res ita se habebit, si legibus juxta ac justitia adjuvetur. Hoc enim urbes atq; homines, ut simul habitent & inter se cocant, efficit. Rursum igitur ex hisce quoq; eadem contingunt. Nam si rectum rerum omnium, quæ in vita eveniunt, usum ac mentis distributionem, quam legem vocamus, Philosophia germanè tradit, nihil eis aliud, qui perfectissimæ vitæ participes esse volunt, faciendum est, quàm verè philosophari. Atqui tēperantissimos esse oportet omnes, idq; eximiè. Talis autem in primis erit ille, qui pecuniis imperare novit, quibus omnes corrūpuntur, quique vitæ parcens non est, sed in regulis justitiæ studium ac diligentiam posuit, adhæc virtutem persequitur. Ad hæc enim duo plærique mortales intemperantes & incontinētes sunt. Ob hanc autem causam ea ipsis accidunt, quod vitæ studiosi & cupidi sunt. Quandoquidē in hoc vel vita est, vel anima. Huic igitur parcunt eamque expetunt propter vitæ amorē

ἐὰν ἐκ πλουσίου πένης γίνηται, ἢ ἐκ κεκτημένου μηδὲν ἔχων. πῶς ἂν οὖν ὁ τις μὴ χρημάτων νόμων, ἀλλὰ ἄλλῳ δή τινι τρόπῳ εὐποιητικὸς ἂν ὑπ' ἀνθρώπων, ἢ ταῦτα μὴ σὺν κακίᾳ, ἀλλὰ σὺν ἀρετῇ, ἢ προσέτι δωρούμενος, πῶς ἂν ἔχοι τὴν δόσιν ἀνέκλειπτον. ὧδε οὖν ἔσται τοῦτο, εἰ τοῖς νόμοις τε ἢ τῷ δικαίῳ συμπροίη. τοῦτο δὲ τάς τε πόλεις ἢ τοὺς ἀνθρώπους τὸ συνοικίζειν καὶ τὸ συνέχειν ποιεῖ. πάλιν δὲ καὶ ἐκ τούτων τὰ αὐτὰ συμβαίνει. ἡ γὰρ τὴν ὀρθὴν χρῆσιν πάντων τῶν ἐν τῷ βίῳ πραγμάτων καὶ τὴν τοῦ νοῦ διανομήν, ἣν καλοῦμεν νόμον, φιλοσοφία παραδίδωσι σύνοικος, οὐδὲν ἄλλο δεῖ σκοπεῖν, ἢ φιλοσοφεῖν ἀληθινῶς τοὺς βουλομένους τελειοτάτης ζωῆς μεταλαμβάνειν. καὶ μὴν ἐγκρατεστάτους γε δεῖ εἶναι πάντα ἄνδρα διαφερόντως. τοιοῦτος δ' ἂν μάλιστα εἴ τις τῶν χρημάτων κρείσσων εἴη, πρὸς ἃ πάντες διαφθείρονται, καὶ τῆς ψυχῆς ἀφειδὴς ἐπὶ τοῖς δικαίοις ἐσπουδακώς, καὶ τὴν ἀρετὴν μεταδιώκων. πρὸς ταῦτα γὰρ δύο σχεδὸν οἱ ἄνθρωποι ἀκρατεῖς εἰσί. διὰ τοιοῦτον δέ τι ταῦτα πάσχουσι, φιλοψυχοῦσι μέν, ὅτι τοῦτό ἐστιν ἢ ψυχή. ταύτης οὖν φείδονται καὶ σπουδάζουσιν αὐτὴν ἕξειν φίλαυτοι δ' ὄντες ζωῆς

καὶ

καὶ συνήθειαν, ἢ συνεξαφορτίσαι φιλεχρημοσύνου δὲ τοῦ θεοῦ ἐστιν ἀεὶ παρὰ φοβοῖ αὐτούς. τὸ δ' ὅτι πολλοὶ νόσοι, τὸ χῆρας, αἱ ἀζημίαις ζημίαι, οὐ τὰς ἐκ τοῦ νόμου λέγω ζημίας. πολλοὺς μὲν γὰρ καὶ ὠλεβηθῆναι δεῖ καὶ φυλάξασθαι, ἀλλὰ τὰς τοιαύτας πηρώσεις, θανάτους οἰκετῶν, τεκτονίδων, ἄλλας αὖ συμφοράς· αἱ μὲν περιεσείνται, αἱ μὲν τοῖς σώμασιν, αἱ δὲ ταῖς ψυχαῖς, αἱ δὲ τοῖς χρήμασι. Τούτων δὲ οὖν ἕνεκα πάντων ὅπως ἐς ταῦτα ἔχωσι χρῆσθαι τοὺς χρήμασι πᾶσι ἀνὴρ τὸ πλοῦτον ὁρίσηται. καὶ ἀλλ' ἄττα δ' ἐξῆν, ἅπερ οὐχ ἧκιστ' ἂν παρὰ τοῦ παρόντος ἐξαρκοῖ τοὺς εὐδαίμονας ὅτι τὸν χρημάτισαντα, αἱ πρὸς ἀλλήλους φιλοτιμίαι, καὶ οἱ ζῆλοι, καὶ αἱ δωρεαὶ, ἃς παὶ χρήματα περὶ πολλοῦ ποιοῦνται, ἔτι συμβάλλεται εἰς τὰ τοιαῦτα. ὃς γὰρ δ' ἐστὶν ἀνὴρ ἀληθὴς, αἰσθοῖτο, ὅτος ἐν ἀλλοδαπῷ κόσμῳ περιπεσὼν τὸ δόξαι θηρᾶσθαι, ἀλλὰ τῇ αὐτοῦ ἀρετῇ. διόπερ ἐν παιδὶ φιλοσοφίας εἰς ἐμὲ ἀναρπάσαι παιδί. πολλῶν δὲ καὶ ἔξω χρείας ἐφίσησιν, ἐν αἷς χρησιμωτάτα πᾶσιν πρὸς τὸ εὐδαίμονα βίον. καὶ περὶ φιλοψυχίας δὲ φέρε δή τις πειράσθω, ὅτι ἡμῖν ὁ-

ac consuetudinem, tum quæ alunatur. Studiosi & amatores pecuniarum sunt horū causa, quæ eos terrefaciant. Quę vero ista? Morbi, senectus, damna habitaria non tamē illa intelligo damna, quæ ex legibus contingunt: (ea enim & cavere & devitari possunt) sed alia incendia & quasi nogos, mortes servorum, obitus quadrupedum, itemque alias calamitates, quibus simul summa, aliæ quidem corpora, aliæ verò animos, aliæ denique pecunias circumstant. Horum igitur omnium causa, ut ad hæc consequenda positus sit pecuniis, nullus non mortalium divitias summo pere appetit. Sunt item & alia non mala, quæ non minus, quàm quæ prædicta sunt, homines ad pecuniarū desiderium ac studium impellunt, nempe honorum inter se mutuo studia, æmulationes ac potentiæ, quarum causa pecuniæ plurimi fiunt, quòd ad ea comparanda cōferant. Quicunque autem vere bonus vir est, hic alieno ornatu, quem sibi circumposuit, gloriā minimè venatur, sed sua ipsius virtute eam acquirit. Quamobrem si in philosophia nulli non bono efficit, ut in seipsum omnia conferat, & quasi applicet, affectibus verò & externo usui præsidet, ut eos reprimat: utique ad vitam beatam omnium utilissima fuerit. Et de amore vitæ si aliquis persuasus fuerit, ut si quidem * * * ab

modò cum aliquo rem habere, verùm etiam admovere semper & propè assistere est.

ΤΟΥ ΑΣ. ΣΥΜ. Α'ΝΑ.

Τὸ δὲ, πρωτίμα τὸ χῆμα καὶ βῆμα, τὸ χῆμα καὶ ζιώβολον, παραγέλλει τοῦτο. φιλοσοφεῖ καὶ μαθήματα μετίθημι φαιδρύνας, καὶ δι' αὐτῶν, ὥσπερ διὰ βαθρας ἐπὶ τὸ προκείμενον χώρει. κατάπτυε δὲ τῶν προτιμωμένων καὶ πρεσβευομένων τοῖς πολλοῖς. καὶ πρότιμα τὴν Ἰταλικὴν φιλοσοφίαν τὰ σώματα καθ' αὑτὰ θεωρήσασαν, καὶ Ἰωνικῆς τὰ σώματα προηγουμένως ἐπισκοπουμένης.

SYM. XXXVI. EXP.

Illud aũt, *In primis honorato cum habitum, cum curribunal: habeam, inquã, & mobolum*, hoc admonet, philosophiare & disciplinas adito non oscitanter, & per eas, quasi per gradus ad propositũ secede. Conspue verò, quæ majore in pretio, & plerisque antiquius habentur. Et ante omnia in honore habe philosophiam Italicam, quæ incorporea per se spectat, præ philosophia Ionica, quæ corpora primo loco contemplatur.

ΤΟΥ ΛΣ. ΣΥΜ. Α'ΝΑ.

Τὸ δὲ, κυάμων ἀπέχου, συμβουλεύει φυλάττεσθαι πᾶν ὅσον ἐμφθαρτικὸν τῆς πρὸς θεοὺς ὁμιλίας, καὶ τῆς θείας μαντικῆς.

SYM. XXXVII. EXP.

Deinde hoc, *A fabis abstinuo*, consilit cavendum esse, quidquid corruptionem & exitium inducere potest colloquio cum diis, & divino oraculo ac præscientiæ.

ΤΟΥ ΛΖ. ΣΥΜ. Α'ΝΑ.

Τὸ δὲ, μολόχῃ μεταφύτευε μὲν, μὴ ἔθιζε δὲ, αἰνίττεται μὲν, ὅτι συνεξέπεσε τῇ ἡλίῳ τὰ τοιαῦτα, καὶ θεωρητέον ἀξιοῖ τοῦτο. προσκόψας δὲ τῷ, μεταφύτευε, ἴδιόν ἐστιν ἐπιζᾶς τῇ ἀνθρώπου φύσει, καὶ τῇ πρὸς τὸν ἥλιον διαθέσει, συμπαθείᾳ, μὴ ὀρκῷ, μηδὲ ἐπίμενε μόνῳ τούτῳ, ἀλλὰ

SYM. XXXVIIX. EXP.

Hoc verò symbolum, *Malvam quidem in horto tuo transplantato, sed ea ne assiscar*, innuit quidem cum sole talia cõverti, ut & hoc cupiat observare. additur verò *transplantato*, id est, insiste ejus naturæ & contentioni versus solẽ, & naturæ consensui. ne jurato, neque huic soli inhæreto, sed mentem cogitatio-

tationemque transfer, & quasi ad ejusdem generis plantas & holera trãsplantato. Et ad animalia, quæ non sunt ejusdem generis, itémq; lapides ac fluvios omnésque simpliciter naturas ne transfertor. Fœcundum enim reperies & multiforme. Mirabiliter verò copiosum & affluens, quod designat mundi unitatem & conspirationem, quasi qui ab radice & dimissore malvæ cum impetu ruat. Non solùm igitur non comede, neque è medio tolle tales observationes: verùm etiam auge eo & copiosiores ritu transplantantis efficito.

SYM. XXXIX. EXP.

Porrò illud, *Ab iis, quibus vita est animalis, abstinero*, ad justitiã adhortatur, atque omnem honorem ejus, qui cõsanguineus & cognatus est, & ad similis vitæ susceptionem, & ad alia ejusmodi plura. Itaque hisce omnibus simul & symbolis conspicua facta est forma adhortatoria, habens multum cum veteribus moribus cõmune, & quod Pythagoricum est. Verùm quia per omnia, quæ vices habent admonẽdi, progressi sumus, hîc etiam orationes, quæ tendunt ad adhortationem, desinamus & intermittamus.

FINIS

Libri Secundi Iamblichi Chalcidensis, qui continet protreptica.

τὴν ἀξίωσιν μεταβιβάζε, καὶ ὡσπερεὶ μεταφύτευε, καὶ ἐπὶ τὰ ὁμογενῆ φυτὰ καὶ λάχανα. καὶ ἐπὶ τὰ μὴ ὁμογενῆ δὲ ζῶα ἤδη, καὶ λίθους, καὶ ποταμούς, καὶ ἁπλῶς ἁπάσας φύσεις. πολύχουν γὰρ εὑρήσεις καὶ πολύκαρπον. θαυμασίως δὲ δηλοῖ τὸ τῆς τοῦ κόσμου ἑνώσεως καὶ συμπνοίας σημαντικόν, ὥσπερ ἀπὸ ῥίζης καὶ ἀφέλκους τῆς μολόχης ὁρμώμενος. οὐ μόνον ἐν μὴ ἔθιε μηδὲ ἀφαίρει τὰς τοιαύτας παραίνεσις, ἀλλὰ καὶ αὔξε καὶ πολυποίει δίκην μεγαφυοῦς.

ΤΟΥ ΑΥ. ΣΥΜ. Λ'ΝΑ.

Τὸ δὲ, Ἐμψύχων ἀπέχου, ἐπὶ δικαιοσύνην προτρέπει, καὶ φιλίαν τὴν τῶν συγγενῶν τιμὴν, καὶ τῆς ὁμοίας ζωῆς ἀποδοχὴν, καὶ πρὸς ἕτερα τοιαῦτα πλείονα. Διὰ πάντων δὴ οὖν τούτων φανερὸς γέγονε, καὶ ὁ διὰ τῆς συμβόλου προτρεπτικὸς τύπος ἔχων πολὺ τὸ ἀρχαιόζηλον καὶ Πυθαγορικόν. Ἀλλ' ἐπεὶ διὰ πάντων ἐξειλιλύθαμεν τῆς προτρεπτικῆς, ἐντεῦθεν καὶ παύσωμεν τοὺς εἰς παραίνεσιν τείνοντας λόγους.

ΤΕΛΟΣ

Ε δευτέρου λόγου

ΙΑΜΒΛΙΧΟΥ.

ΘΕΑΝΟΥΣ

Uxoris Brontini Metapontini,

sapientis & singulari animo præstantis fœminæ

EPISTOLÆ TRES:

UNA CUM

MYÆ uxoris Milonis Crotoniatæ I.

ITEMQ.

MELISSÆ I.

ET

PYTHAGORÆ I.

Græcè quidem jam olim aliquoties:

AT NUNC

Græcè & Latinè primùm editæ

AB

IOAN. ARCERIO THEODORETO

Frisio.

ΘΕΑΝΟΥΣ

ἡ τῆς Πυθαγορείου σοφίας θυγάτηρ προσηγόρευται,

Ἐπιστολαὶ τρεῖς.

Α'.

ΘΕΑΝΩ ΕΥΒΟΥΛΗ χαίρειν.

Περὶ τέκνων ἀνατροφῆς.

ΑΚούω σε τὰ παιδία ξυφρεῶς ἀγειν. ἔστι δὲ ἀγαθῆς μητρὸς οὐχ ἡ πρὸς ἡδονὴν ἐπιμέλεια τῶν παίδων, ἀλλ' ἡ πρὸς τὸ σῶφρον ἀγωγή. βλέπε οὖν μὴ οὐ φιλούσης, ἀλλὰ πολυπλούσους ἔργον ποιήσῃς. συνεξεφυμένη γὰρ ἡδονὴ παισὶν, ἀκεραίους ποιεῖ τὸ γὰρ ἥδιον νέοις συνηθους ἡδονῆς; χρὴ οὖν, ὦ φίλη, τὴν ξοφὴν τῶν παίδων, μὴ δίχα σροφὴν ἔχειν. ἡ δὲ δίχα σροφὴ τῆς φύσεως ἔξις, ὅταν φιλήδονοι μὲν ταῖς ψυχαῖς, ἡδυπαθεῖς δὲ τοῖς σώμασι γένωνται, καὶ τοῖς μὲν, φυγόπονοι, τοῖς δὲ, μαλακώτεροι. δεῖ δὲ σρὸς τὰ φοβερὰ γυμνάζειν τὰ ξεφόμενα, κἂν λυπηθῆναι, κἂν σονῆσαι δέῃ· ἵνα μὴ τῶν παθῶν ἢ δοῦλα τούτων, καὶ σερὶ τὰς ἡδονὰς λίχνα, καὶ σερὶ τοὺς σόνους ὀκνηρά· ἀλλ' ἵνα τὰ καλὰ σρὸ σάν-

THEANUS,

quæ Pythagoricæ sapientiæ filia appellata fuit,

Epistolæ tres.

I.

THEANO EUBULÆ

Salutem dicit.

De educatione liberorum.

AUDIO te parvulos delicatè molliterq; educare. Bonæ aũt matris officium est, non ut liberorum curam ad voluptatem habeat, sed ut eos ad temperantiam educet ac formet. Vide igitur ne officium non amantis, sed adulantis matris facias. Nam voluptas unà cum liberis nutrita prodigos & intemperantes effleit. Quid enim juvenibus jucundius, quàm voluptas, cui factiliatiter assueverint, esse potest? Itaque, mea amica, puerorum alimonia & educatio perversitatem habere non debebit. Perversitas autem natura est, quum animis quidem voluptatũ fuerint cupidi, at corporibus tales sint, ut & titillentur libidinibus, iisque indulgeant: atque his quidem labores fugiant, illis verò molliores reddantur. Illi autem, quos alimus & educamus, ad ea, quæ extimescant, exercendi sunt, sive sint tristitia afficiendi, sive ad labores assuefaciendi. Ne horum vitiorum fiant mancipia, & voluptatibus diffluant, & ad labores tardi pigríque evadant: Sed ut, quæ honesta sunt, ante

omnia in honore pretióq; habeant, ab illis quidem abstinentes, in hisce verò permanentes. Neque ut cibis refercíantur, & voluptatibus sumptibúsque profusis vivant, itémque turpibus puerorum & impudentibus lusibus intemperantes efficito. Et ut omnia tum dicant, tum pro libitu omnia agant studeantque permittito. Adhæc metuas quidem, si lachrymarint, magno autem hoc studio agas, ut rideant, & si nutricem pulsent, etsi tibi ridenti maledicant: & ætate quidem frigus, hyeme verò calorem præbenti, multámque molliciem, quorum liberi paupertini quidem nihil attentant, atque aluntur quidem facilius: sed non minus crescunt, multóque etiam se melius habent. Tu verò veluti Sardanapali progeniem natos nutrias, marium naturam voluptatibus delicatam reddens frangensque. Quid enim quis faciat illi puerulo, qui nisi celerius edat, ploret: & si comedat, quæ delicata sunt opsonia quærit: & si calor est, languet et remissior est, sin autem frigus, corruit et se præcipitat: et si aliquis corripiat, rebellat ac reverberat: & nisi ad lubentiam, & voluptatem ei obsequaris, tristatur, & nisi delicietur, indignatur, ac totum tempus in voluptate consequenda malè collocat, & molliter circumactus in summa turpitudine vivit? Studiosè autem diligentérq;

των τιμῶσινῆ, αὖ μὲν ἀπεχόμενοι, ταῖς δὲ ἐμμένοντες. οὐ δὲ πλησμονικὰ μὲν ταῖς βοσφαῖς, πολυτελῆ δὲ ταῖς ἡδοναῖς, ἀκόλαστα δὲ ταῖς ἀτάκτοις παιδιαῖς ἀυτὰ ποιεῖ· καὶ πᾶν μὲν λέγειν, πᾶν δὲ πράττειν ἐᾶσαι. ἔτι δὲ φοβουμένῳ μὲν ἦν κλαίῃ, φιλοτιμουμένῳ δὲ, ἵνα γελᾷ, κἂν τὴν βοσὸν παίῃ, κἂν σε κακῶς εἴπῃ γελῶσαι. καὶ τῷ μὲν ἀέρους ψύχος, τῷ δὲ χειμῶνος καῦμα παρέχουσαι. καὶ πολλὴν χλιδὴν, ὧν οἱ πενιχροί γε παῖδες οὐδενὸς πειρῶνται, καὶ βίφονται μὲν ῥᾷον, αὔξονται δὲ οὐχ ἧσσον. ἀλλὰ καὶ ἄμεινον διατρέφουσιν. σὺ δ' οἷον Σαρδαναπάλου γονὴν τιθηνῇ τὰ τέκνα, τὴν τῆς ἀρρένων φύσιν θρύπτουσα ταῖς ἡδοναῖς. τί γὰρ ἂν ποιήσῃ τις παιδίον, ὃ, ἂν μὴ τάχιον φάγῃ κλαίει· κἂν ἐδώδιμα ζητεῖ. κἂν καῦμα, ταρίσται· κἂν ψύχος, σῶμα τίζει. κἂν ἐπιτιμᾷ τις, ἀντιμάχεται· κἂν μὴ πρὸς ἡδονὴν ὑπηρετῇ, λυπεῖται· κἂν μὴ μασᾶται, δυσκολαίνει· καὶ κακοχολεῖ πρὸς ἡδονὴν καὶ βαταλίζεται σπεραχόμενον. ὅπως δὲ, ὦ φίλη,

φίλη, εἰδῆμι ὅτι τὰ παταλαῖνω τῆ παιδίων ὅταν ἀνωμάσῃ πρὸς ἄνδρας, ἀνδράποδα γίνεται, τὰς τοιαύτας ἡδονὰς ἀφαίρει, καὶ τὴν ζοφὴν αὐστηρὰν μὴ ζυφρὰν ἔθεσι ποιοῦσα, ἐσθῶτα καὶ λιμὸν ἐδίψος ἐνεγκεῖν, ἔτι καὶ ψῦχος ἐθάλπος. καὶ αἰδοῖ τὸ ἀπὸ τῆ συνηλίκων ἢ τῆ ἐπιστατῆ. οὕτω γὰρ ἐθιμικὰ ἔξ) συμβαίνει τὰ κῆ ψυχὴν ἀναπεμπόμενα ἢ ἐπιτεινόμενα. οἱ γὰρ πόνοι, φίλη, προϋποσυφαί τινες τοῖς παισὶν εἰσὶ τελειωθησομένης ἀρετῆς, αἷς ἐμβαφθέντες ἀποχρώντως, τὴν τῆς ἀρετῆς βαφὴν οἰκειότερον φέρουσι. βλέπε οὖν, φίλη, μὴ καθάπερ τῆ ἀμπέλων αἱ πανοζοφούμεναι τὸν καρπὸν ἐλλείπουσι, καὶ ὑπὸ τῆς ζυφῆς οἱ παῖδες ὕβρεως καὶ πολλῆς ἀχρειότητος καὶ κακίας γεννήσωσι.

mea amica, istiusmodi voluptates tolle, cōscia eos pueros, qui in deliciis volutantur, ubi in justam ætatem adoleuerint, mancipia exsistere: atque ita educationem institue rigidam & severam, non delicatam, & sine eos famem ac sitim, adhæc frigus et calorē, pudorémq;, quo à coætaneis vel præceptoribus afficiuntur, ferre. Ita enim generalia quoque esse contingit, quæ ad animum excitantur aut intenduntur. Labores namque, amica, sunt liberis prima colorum quasi quędam fundamenta præstringentia virtutis, quæ perfecta futura est, quibus intincti satis supérq; virtutis tincturam familiariùs ferunt. Vide igitur, amica, ne quemadmodum illæ vites, quæ vel malum nutrimentum attrahunt, vel malignè aluntur, fructu deficiunt, liberi quoq; præ delicitiis, contumelia, multáque inutilitate malitiam progenerent.

ΘΕΑΝΩ ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΗ, χαίρειν.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΖΗΛΟΤΥΠΟΥΣΗΣ ΠΑΡΑΜΥΘΗΤΙΚΗ. Επιστ. δευτ.

ΗΚουσα τὴν τῦ ἀνδρός σου παράνοιαν, ὅτι τὴν ἑταίραν ἔχει· σὺ δὲ, ὅτι ζηλοτυπεῖς αὐτόν. ἐγὼ δὲ, ὦ φίλη, πολλοὺς ἔγνωκα τῆς αὐτῆς νόσου. ἐπῃσύνται γὰρ, ὡς ἔοικεν,

AD EAM,
qua Zelotypia laborabat,
Consolatoria II.

THEANO NICOSTRATÆ *Salutem dicit.*

AUdivi viri tui stultitiam & delirationem, quòd habeat concubinā seu meretricē. Tu autē quod amoris neglecti suspicione icta eum hinc persequeris. Ego verò, mea amica, multos, qui eodem morbo correpti essent, novi. Illos enim hæfœminæ, uti

videtur, venantur, atque ipsi ab hisce detinentur, ac mentem non habent. Verùm tu parvo animo prædita es nocteq; diéq;, & miserè discruciaris, contráque eum nescio quid moliris. Vide ne feceris, mea amica. Virtus enim uxoris est, nõ viri abservatio, sed συμπεριφορὰ, hoc est, socialis circumlatio. Hæc autem, quæ simul fit, circumlatio nihil aliud est, quàm simulare ignorãtiam. Deinde cum meretrice quidem ad voluptatem consuescit: cum conjuge verò ad utilitatem congreditur. Utile autem mala non miscere cum malis, nec amentiæ amentiã inducere. Nonnulla peccata, amica, reprehensa magis quidẽ irritantur, at silentio prætérita potiùs cessant. Quemadmodum ignem ajunt extingui, si nõ moveatur. Nam si eum, qui te vult videri celasse, reprehendis, sceleris integumentum tolles, & apertè palámq; peccabit. Tu autem amicitiam viri non in honestate sitam duces. Hoc namq; communionis gratia requirit. Existima igitur illum, dum quidem ad scortum commeat, remissum fore & torpidum, tibi verò convicturum adesse. Et te quidẽ ex animo ac sponte, illam verò vitio et quasi ex morbo amare. Hujus verò tẽpus breve est. Nam aliquando simul quoq; illũ satias habebit, & malũ illud subitò ad summum veniẽns stabit & cessabit. Etenim vir haud admodum

ὑπὸ τῆς γυναικὸς τούτων, ἃ κατέχονται, καὶ οὐκ ἔχουσι νοῦν. σὺ δὲ ἄθυμος εἶ καὶ νύκτα καὶ μεθ' ἡμέραν, καὶ ἀδημονεῖς καὶ μηχανᾶ τι κατ' αὐτῆς. μὴ σύγε ὦ φίλη. γαμετῆς γὰρ ἀρετή ἐστιν οὐχ ἡ παρατήρησις τοῦ ἀνδρὸς, ἀλλ' ἡ συμπεριφορά· συμπεριφορὰ δέ ἐστι τὸ φέρειν ἄγνοιαν. εἶτ' ἑταίρᾳ μὲν πρὸς ἡδονὴν ὁμιλεῖ. γαμετῇ δὲ πρὸς τὸ συμφέρον. συμφέρον δὲ κακοῖς κακὰ μὴ μίσγειν, μηδὲ παρανοίᾳ παράνοιαν ἐπάγειν. ἔνια δὲ ἁμαρτήματα, φίλη, ἐλεγχόμενα μὲν ἐπιπλέον ἐρεθίζεται, σιωπώμενα δὲ παύεται μᾶλλον. ὡς τὸ πῦρ ἡσυχίᾳ φασὶ σβέννυσθαι. ἐὰν γὰρ βουλόμενόν σε λελῆθέναι δοκεῖν, ἐλέγξασα, ἀφαιρήσῃ τὸ παρακάλυμμα τῶν παθῶν, καὶ φανερῶς ἁμαρτήσεται. σὺ δὲ τὴν φιλίαν ἔγγὺς τοῦ ἀνδρὸς οὐκ ἐν τῇ καλοκαγαθίᾳ. τοῦτο γὰρ ἡ χάρις τῆς κοινωνίας. νόμιζε οὖν πρὸς μὲν τὴν ἑταίραν ῥαθυμήσοντα πορεύεσθαι ἐκεῖνον. σοὶ δὲ συμβιώσοντα παρεῖναι. καὶ σὲ μὲν φιλεῖν κατὰ γνώμην, ἐκείνῃ δὲ τῷ πάθει. βραχὺς δὲ ὁ τούτου καιρός. ἅμα γάρ ποτε ἔχει καὶ κόρον, καὶ παρίσταται ταχὺ καὶ παύ-

παύσεται. ὀλιχρόνιος γὰρ ὁ καιρὸς ὅσι πρὸς ἑταίρας ἀνδρὶ μὴ σφόδρα κακῷ. τί γὰρ ὅσι μανιώτερον ὑπὸ θυμίας ἀπολαυούσης ἀδίκου; διὸ καὶ μειῶν τὸν βίον καὶ διαβάλλων τὸ σῶφρον αἰσθήσεταί ποτε. οὐδεὶς γὰρ ἐπιμένει φρονῶν αὐθαιρέτῳ βλάβῃ. καλούμενος οὖν ὑπὸ τῆς πρὸς σε δικαίων, καὶ τὰς περὶ τὸν βίον ἐλαττώσεις ὁρῶν, αἰσθήσεταί ποτέ σου, καὶ τὸν ὑπὸ τῆς καταγνώσεως ὕβριν οὐ φέρον, ταχὺ μεταγνώσεται. σὺ δέ, φίλη, ζῆθι οὐχ ἑταίραις ὁμοιευομένη, τῇ μὲν εὐταξίᾳ πρὸς τὸν ἄνδρα διαφέρουσα, τῇ δὲ ἐπιμελείᾳ πρὸς τὸν οἶκον, τῇ δὲ συναλλαγῇ περὶ τὰς χορηγίας, τῇ δὲ φιλοστοργίᾳ περὶ τὰ τέκνα. οὐ ζηλοτυπητέον οὖν σοι πρὸς ἐκείνους. πρὸς γὰρ τὰς ἐναρέτους ἐκτείνειν τὸν ζῆλον, καλόν. ἑαυτὴν δὲ παρεκτέον ἐπιθυμίαις ταῖς διαλλαγαῖς. τὰ γὰρ καλὰ ἤθη καὶ παρ' ἐχθροῖς εὔνοιαν φέρει, φίλη. καὶ μόνης καλοκαγαθίας ἔργον ἐστὶν ἡ τιμή. ταύτῃ γὰρ καὶ

deploratus, exiguo temporis ſpatio animum meretrici adjectum habebit. Quid enim vanius ſtultiúſque eſt cupiditate illa, quæ re injuſta perfruitur? Quapropter etiam dum rem familiarē minuit, & honeſtatem decentiámque calumniatur & traducit, reipſa aliquādo ſentiet. Nemo quippe, qui quidem ſana mente præditus eſt, in malo ac vitio, quod ſponte ſua ſuſcepit, perſeverat. Vocatus igitur ab jure, quo erga te tenetur, cerněnſque rerum ad hanc vitam pertinentium imminutiones, aliquando tempus erit, quo tui ſenſu afficietur, nec deſpicientiæ ferens contumeliam, ſubitò reſipiſcētia ducetur. Verùm tu, mea amica, vivito, ut nequaquam ſcortis reſpōdeas, cum modeſtia quidem erga virum, cura verò erga domum, mutua conciliatione apud eas, quæ tuo contubernio utuntur compoſitéque vivunt, & amore atque indulgentia erga natos multum differas. Itaque non eſt quod zelotypia & æmulatione in illā efferaris. Zelum namque atque æmulationem erga eas, quæ virtutibus & fortitudine conſpicua ſunt, extendere, præclarum eſt. Seipſam verò conciliationibus mutuis commodam præbere convenit. Siquidem boni mores, ô amica, etiam apud hoſtes benevolentiam ferunt, & ſolius honeſtatis opus eſt honor. Per hunc enim

uxori

uxori quoque possibile est, ut viri authoritatem quasi obtineat, & amplius honoretur, quàm colendo & obsequiis hostem captando. Abs te igitur diris devotus magis pudore suffunditur. Citius verò in gratiam tecũ rediisse volet, & amore te magis tenerè majoríq; affectu prosequetur, cũ sibi factus fuerit conscius, se tibi gravem intulisse injuriam, & dum considerat diligentẽ rei familiaris administrationem, simúlque incredibilis tui erga se amoris experimentum capit. Quemadmodum autem graves corporis labores jucundos somnos efficiunt: ita amantium iræ & dissidia conciliationes amiciores ferunt. Tu verò etiam consilia affectionis oppone. Illo enim ægrotante te quoque adhortatur, ut doloribus ægrotes, ac peccante impingentéq; circa decorum, te quoque circa ornatum peccare, eóque similiter rem familiarẽ & domesticam graviter comminuente, te quoque, quod utile est, comminuere. Ab quibus in ipsum tu quoque ejusdem cum ipso ordinis facta, atque ipsum poena afficiens teipsam quoq; punire videbere. Si enim deserta abieris, nimirum ab alio viro à priore libera sollicitabere. Et si ipse similiter frustratus & repulsam passus fuerit, rursum ab alio tẽtabere. Nam adolescentibus & ætate minoribus fœminis viduitas ferenda non est, quàm ut sola perma-

δυνατὸν ἀνδρὸς ἐξουσίαν καὶ θάπερ ἔχειν γυναικὶ, καὶ τιμᾶσθαι πλέον ἢ θεραπεύειν τὸν ἐχθρόν. καταρώμενος οὖν τοῦτο σεῦ, μᾶλλον αἰσχύνεται· τάχιον δὲ διαλλαγῆναι θελήσει, προπαθέστερον δὲ φιλοστοργήσει συνειδυῖα τὴν ἀδικίαν τὴν εἰς σὲ, καταναοῦντι τὴν προσοχὴν ἐπὶ τῷ βίου, καὶ πεῖραν δ' στοργῆς λαμβάνοντι πρὸς αὐτόν. ὥσπερ δὲ αἱ κακοπαθεῖαι τῷ σώματος ἡδείας τὰς ἀναπαύσεις ποιοῦσιν, οὕτως αἱ διαφοραὶ τῶν φίλων οἰκειοτέρας τὰς διαλλαγὰς φέρουσι. σὺ δὲ καὶ τὰ βουλεύματα τῷ πάθους ἀντίθες. νοσοῦντος γὰρ ἐκείνου καὶ σὲ παρακαλεῖ νοσεῖν ταῖς λύπαις. ἐὰν ἁμαρτάνοντος περὶ τὸ εὔχημον, καὶ σὲ περὶ τὸν κόσμον ἁμαρτάνειν· καὶ καταβλάπτοντος τὸν βίον καὶ σὲ καταβλάπτειν τὸ συμφέρον. ἀφ' ὧν ἐπ' αὐτὸν σωφρονίζεσθαι δόξεις, καὶ κολαζομένη ἐκεῖνον καὶ σαυτὴν κολάζειν. εἰ γὰρ καὶ ἀφειμένη πορεύσῃ, ἑτέρου ἂν ἐπειράθησῃ ἀνδρὸς τῷ προτέρου ἀπαλλαγῆσα· κἂν ἐκεῖνος ἁμάρτῃ τὰ ἴδια, πάλιν ἄλλου. οὐ φορητὸν γὰρ νέαις χηρεία, ἢ μόνη μενεῖς ἀπ' ἀνδρὸς

ἀνδρὸς οὐδὲν ἧττον ἄζυξ. ἀλλὰ ἀμελήσεις τῦ οἴκου; ἢ καταφθερεῖς τὸν ἄνδρα; ἐπαδύνου ἄνδρα βίου σεμνοτέρου τὸν βλάβλιν. ἀλλ' ἀμυνεῖ τὸν ἑταίραις; ἀπέχεσθαι σε φιλοτιμίαν. κἂν ἀμύνῃ, μαχίμου ἔχει οὐκ ἐρυθριῶσα γυνή. ἀλλὰ καλὸν ὁπλίτου μάχεσθαι πρὸς τὸν ἄνδρα. ἐπὶ τί πλέον; αἱ γὰρ μάχαι καὶ λοιδορίαι τὴν μὲν ἀκολασίαν οὐ καταύουσι, τὴν δὲ διαφορὰν ταῖς προσκαιρίαις αὔξουσι. τί δὲ βουλεύσῃ τὶ κατ' ἐκείνου; μὴ φίλη. ζηλοτυπίας κρατεῖν ἡ Τραγῳδία διδάξει δραμάτων ἔχουσα σύνταξιν, ἐν οἷς παρῆκας Μήδεια. ἀλλ' ὥσπερ τῆς νόσου τῦ ὀφθαλμοῦ ἀπέχειν δεῖ τὰς χεῖρας, οὕτω καὶ σὺ τῦ πάθους χώρίζε τὴν προσποίησιν. διαπαρτρεῦσα γὰρ, δεῖγμα τὸ πάθος σβίσεις.

ΘΕΑΝΩ ΚΑΛΛΙΣΤΟΙ. Γ.
περὶ
θεραπαινῶν προστασίας,
ὑποθητικὴ.

ΤΑῖς νεωτέραις ὑμῖν ἡ μὲν ἐξουσία ὠφελεῖ τὸ νόμου δίδοσθαι τὴν οἰκεῖ ἄρχειν ἅμα τῦ ἄνδρα λαβεῖν. ἡ δὲ διδασκαλία παρὰ τῶν πρεσβυτέρων ἀπαιτεῖν ὀφείλει περὶ τῆς οἰκονομίας ἀεὶ παρεμ-

neas à viro remota, quasi nondū conjugii jugum experta. Sed negliges domum, & virum corrumpes? vitæ igitur gravis & permoleſtę detrimentum simul discriminabis. Sed meretricem ulciscēris? Atqui circumsistet & obsidebit te observata. Et si ultæ fueris, pugnax es fœmina, quæ erubescere desiit. Atqui quotidie cum viro suo pugnā instituere, pulchrum. Quid tum postea? Etenim pugnę & convitia intemperiam non sedant, sed dissidium, quantò plus progressionibus promoveris, tanto plus fovebis atq; ales. quid autem? consilium aliquod contra illum captabis? Nequaquam, mea amica, poteris. Zelotypiam & æmulationem in amore edomare Tragœdia docuit fabularum habens constructionē, in quibus Medea leges violavit. Verùm quemadmodum ab oculorum vitio seu morbo manus abstinere oportet: ita tu quoq; à malo, quod fustines, secerne, quod tibi vendicas, jus. Nam tolerans citius malū restingues.

THEANO CALLISTOI III.
DE
Ancillarum præfectura,
Hortativa.

POtestas vobis junioribus ab lege data est, ut simul ac matrimonium contraxistis, servis imperetis. Doctrina verò ab senioribus obviare debet, de domus administratione semper ad-

hortantibus. Probè namque, quæ ignorantur, priùs discere debet, ac seniorum consilium saluberrimum maximeque appositum ducere. In hisce enim tenellus virginis animus alendus est. Primus autem domus magistratus est fœminis imperium ancillarum. Est autem, amica dilecta, res maxima in servitute benevolentia. Illa enim possessio unà cum corporibus neutiquam emitur: sed commodi & intelligentes eam domini posteà generant. Iustus verò usus hujus causſa est, ne propter laborem deficiant, & propter indigentiam oneri impares viribus frangãtur. Naturâ namque homines sunt. Nonnullæ autem heræ lucrum reputant, sed quod à lucro longè alieniſsimum est, si ancillæ in mœrore pessimeque habeantur, eos quidem operibus gravent, ab necessariis verò reprimant, deinde lucra, quæ oboli pretium habeant, acquirentes supplicijs mulctantur non vna specie malevolentiæ pessimisque insidiis. Tibi verò in promptu & parato sit demensum ciborum in numerũ lanificii laboribus, qui quotidie exantlantur. Atque ad vitæ institutionem ita quidem agito. Ad ordinis verò confusiones, quod tibi decorum est, non quod illis conducibile, submininistrandum est. Iuxta dignitatẽ enim ancillæ honorandæ sunt. Namquod crudele est, non feret excande-

νούντων. καλὸς γὰρ ἔχει πρότερον μανθάνειν, ἃ μὴ γινώσκεις, καὶ τὴν συμβουλὴν οἰκειοτάτην τῶν πρεσβυτέρων ἡγεῖσθαι. ἐν τούτοις γὰρ παρθενοφοβεῖσθαι δεῖ νέαν ψυχήν. ἀρχὴ δ' ἔστιν οἴκου πρῶτα γυναιξὶν ἀρχὴ θεραπαινῶν. ἔστι δέ, ὦ φίλη, μέγιστον ἐν δουλείᾳ εὔνοια. αὕτη γὰρ οὐ συναγοράζεται τοῖς σώμασιν ἡ κτῆσις, ἀλλ' ἐξ ὑστέρου ἡρτῶσιν ἑαυτὴν οἱ σωστοὶ, δεσπόται. δικαία δὲ χρῆσις αἰτία τούτου, ἵνα μήτε διὰ τὸν πόνον κάμνωσι, μήτε ἀδυνατῶσι διὰ τὴν ἔνδειαν. εἰσὶ γὰρ ἄνθρωποι τῇ φύσει. ἴσιαι δὲ κέρδος τὸ ἀκερδέστατον ἡγοῦνται, τὴν δὲ θεραπαινῶν κακουχίαν βαρύνουσι μὲν τοῖς ἔργοις, ὑποστελλόμεναι δὲ τῶν ἐπιτιθείων εἶτα ὀβολιμαίαις κέρδη ἀσεμνοιούμεναι, μεγάλοις ζημιοῦνται τιμήμασι, δυσνοίαις ἐπιβουλαῖς κακίσαις. σοὶ δὲ πρόχειρον ἔστω τὸ μέτρημα τῶν σιτίων πρὸς τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐργασίας τοῖς ἐφ' ἡμέρᾳ πόνοις. καὶ πρὸς μὲν τὴν διαίταν οὕτως. πρὸς δὲ τὰς ἀταξίας, τὸ σοὶ πρέπον, οὐ τὸ ἐκείναις συμφέρον ἐξυπηρετητέον. τιμᾶν μὲν γὰρ δεῖ θεραπαίνας τὸ καθ' ἀξίαν· τὸ μὲν γὰρ ὠμὸν

οὐκ οἶσθ' τῷ θυμῷ χάριν. τὸ δὲ μισοπόνηρον οὐχ ἧττον ὁ λογισμὸς βεβαιοῖ. ἐὰν δὲ ἡ ὑπερβολὴ τῆς κακίας τῷ θεραπαινῶν ἀνίκητος ᾖ, ἔξεστιν μὴ φράσεως. τὸ γὰρ ἀλλότριον ἡ χρείας, ἀλλοιοῦσθαι τὴν κυρίας. ἔστω δέ σοι γνώμων τῆς ὠρύεδρος, καθ' ἣν γνώσῃ τὸ μὲν ἀληθὲς τῆς ἁμαρτίας, ὡρὸς τὸ τῆς καταγνώσεως δίκαιον, τὸ δὲ τῶν ἡμαρτημένων μέγεθος, ὡρὸς τὸ κατ' ἀξίαν τῆς κολάσεως. διαστοικὴ δὲ καὶ ἡ γνώμη χάριν ἐφ' ἡμαρτημένης ζημίας ἀπαλλάττουσα. οὕτω δὲ τὸ πρέπον ἐπὶ τῶν οἰκείου ἤθους διαφυλάξει.

ἔνιαι γάρ, ὦ φίλη, ὑπ' ὠμότητος τὰ τῶν θεραπαινῶν σώματα θηριοῦσθαι διὰ ζῆλον ἢ θυμόν, οἷον ὑπομνήματα ἐχούσαις τὴν ὑπερβολὴν τῆς πικρίας. αἱ μὲν γὰρ ἀπηλλάσθησαν χρόνῳ διαπονούμεναι, αἱ δὲ, φυγῇ τὴν στυγερὰν ἐπορίσαντο, τινὲς δὲ ἐπαύσαντο τοῦ ζῆν αὐτοχειρὶ θανάτῳ κερδᾶναι. ἡ λοιπὸν ἡ τῆς δεσποίνης μόνωσις ὀδυρομένης τὴν οἰκείαν ἀβουλίαν, ἔρημον μετάνοιαν ἔχει. ἀλλ', ὦ φίλη, ἴσθι μιμουμένη τὰ ὄργανα, ἃ φωνὴν μᾶλλον

scientiæ gratiam: ratio verò & cogitatio non minus malè odium, ceu præmium quodpiam parat. Quod si autem nimia & modum excedens malitia vinci superarique nequeat, cum publica auctione exterminãdę sunt. Nam quod alienum est in usu & alienæ dominæ fiat. Sit autem hujusce rei tibi sententia palmaria, primiq; quasi subsellii, juxta quam intelliges quidē peccati veritatem cum justitia condemnationis: magnitudinem verò eorum quæ cõmissa sunt, ut pro merito pœnam exigás. Herilis autem etiam hæc mens gratia est in damno, quod commissum est, discedens. Sic verò decorum in propriis moribus servabis.

Nonnullę enim, mea amica, ab crudelitate actæ etiã flagris ancillarum corpora cædunt, æmulatione vel excandescentia belluarum ritu ferocientes, veluti commentariis inscribentes omnem modum excedentem amarulentiam. Nam aliæ tempore consumptæ fuerunt laboribus confectæ, aliæ fuga sibi salutem sunt assecutæ. nonnullæ verò vivere desierunt propriis manibus mortem sibi consciscentes. Et ad ultimum heræ desolatio suam temeritatem ac stultitiam lugentis desertã pœnitentiam habet. Verùm vide sis, ô bona, ut imiteris instrumenta Musica, quæ quo fuerint magis remissa, eo magis vocem edunt, quo verò magis

intenduntur, eo magis erumpunt. Etenim in ancillis planè idem usu evenit. Nimia quidem relaxatio dissonã tiam obedientiæ, quę superioribus debetur, ingenerat: at necessitatis intentio naturæ dissolutionem parat. Et hac in re mentem intendere convenit. In omnibus autem modus optima res est.

ἀνειμένα, ἐμπήσεται δὲ μᾶλλον διατεινόμενα, καὶ χρὴ ἐπὶ ἀμφοτέρων τούτων. ἡ μὲν γὰρ ἄνεσις ἀδιαφανίαν ἐμποιοῦσα τῆς ὑπακοῆς, ἡ δὲ διάτασις τῆς ἀναγκαίας, διάλυσιν τῆς φύσεως, καὶ δεῖ τοῦτο δεῖ νοεῖν. μέσος δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος.

MYIAE *Epistola.*
MYÌA PHYLLIDI
salutem dicit.

CUm liberorũ mater facta sis, hoc te admoneo. Nutricem selige, quæ cõmodissima & munda sit. ad hæc verò etiam quæ pudibunda, non autem quæ somno, nec certè etiam quę temulentiæ dedita sit. Talis namq; censebitur optimè convenire ad liberorum hominum natos enutriendos. Siquidem etiam lac altile & bene nutritum habeat, nec facile, ut cum viro congrediatur, induci expugnarive poterit. In hoc enim magna et potissima pars sita est, magisque in omnem vitam evidens & primaria exsistit, in ea, quæ ad bonæ indolis fœtus educandos futura sit nutritia. Faciet enim omnia, quæ bona sunt, oportuno tempore, & ad mammam atque ubera, & cibum dandum, non cùm vagient, sed cum providentia quapiam adhibebit. Nam ita infantẽ ad sanitatem ducet,

Μυίας Ἐπιστολή.
ΜΥΙΑ ΦΥΛΛΙΔΙ
χαίρειν.

Γενομένη τοι μητὴρ παίδων, τάδε παραινέω. τιθήνην μὲν ἐκλέξασθαι τὴν ἐπιτηδειοτάτην καὶ καθάριον, ὅτι δὲ καὶ αἰδήμονα, καὶ μὴ ὕπνῳ προσοικειωμένην, μὴ δὲ μὲν μέθῃ. ἃ τοιάδε γὰρ ἂν κρίνοιτο ἀρετῆς πατρὸς ἐκφέρειν ἐκδιδόσης παῖδας. ἐάν γὰρ γάλα ζῴφιμον ἔχῃ, καὶ μὴ πρὸς ἄνδρα κοίταις εὐπίπτῳ σθένει. μεγάλα γὰρ μέρη ἐν τῇδε καὶ πρῶτα, καὶ προπαρασκευαστέα εἰς ὅλην τὴν βιοτὴν πέλει ἐν τῇ ζῳφίσει τροφῇ καλοῦ ζῳφῆσαι. ποιναὶ γὰρ πάντα καλὰ ἐν τῷ προσοικόντι καιρῷ. τὴν τιθήνην καὶ μᾶζόν τε ζοφὰν δόμεν, μὴ κατὰ ὥραν ἐπιτιθόν, ἀλλὰ μετά τινος προνοίας. οὕτω γὰρ εἰς ὑγίειαν ἄξει τὸ βρέ-

βρέφος· μὴ ὅτε αὐτὰ θέλει κατευδὲν νικᾶται, ἀλλ' ὁπόταν τὸ νεογνὸν ἀναπαύσεως ἔρον ἔχει. οὐ μικρὸν γὰρ ἄκος τῷ παιδὶ προσοίσει. ἔστω δὲ μήτ' ὀργίλη τιθανὰ, μήτε ἀρόγλωσσος, μήτε ἐν ταῖς τῆς σιτίων λήψεσιν ἀδιάφορος ἀλλὰ τεταγμένη καὶ σώφρων. δυνατῆς δὲ ὄντων μὴ βάρβαρος, ἀλλὰ Ἑλλὰς Ἑλλάς. ἄριστον ἐὰν καὶ τὰ γάλακτος χρηστοῦ πιμπλάμενον τὸ νεογνὸν, οὕτως ἐς ὕπνον τρέπηται. ἀδύσια γὰρ νέοις ἀνίσις, καὶ εὐκατέργαστος ἡ τοιάδε σίτησις. αἱ δὲ καχεκτίραν δόμεν χρὴ, ἁπλουστάτην. οἶνῳ δὲ τοπαράπαν ἀπέχεσθαι τῇ δυνάμιν ἰσχυρὰν ἔχειν· ἢ κατὰ σπάνιον μεταδιδόμεν τῇ κράσει δείλεον γαλακτοῦδες. τὰ δὲ λουτρὰ μὴ ποιεῖν σωτηρίη. ἡ γὰρ τῆς σπανίων καὶ εὐκράτων χρῆσις, ἀμείνων. κατ' αὐτὰ δὲ καὶ ἀὴρ ἐπιτήδειος θάλπους καὶ ῥίγους ἔχων τὰν συμμετρίαν. καὶ οἴκησις δὲ μήτε ἄγαν πεπυκνωμένα μήτε ἄγαν κατάστεγος. οὐ μὰν ἀλλὰ καὶ ὕδωρ μήτε ὑπόπλυρον μήτε εὐπαράγωγον. καὶ στρωμνὰ δὲ οὐ ξαχεῖα, ἀλλὰ πρανῆ οὖσα τῷ χρωτὶ εὐ-

ne, quum pusiones volet somnum capere, vincatur: sed quo tempore recens natus requietis amorem ac desiderium habet. Non parvā enim puero sanitatem hoc modo afferet. Sit verò nutrix nec iracunda, nec linguax & effrenati oris, neque in cibis sumendis vulgaris & indifferens: sed stata & temperans. Potentioribus verò existentibus, nec Barbara sit, sed Græcanica. Si recens natus infantulus commodo lacte repletus ita in somnum vertatur, optimum quoq; fuerit. Iucunda namque pusionibus quies, & talis illorum nutritio atq; alitura facillimè digeritur. Quod si autem etiā aliam conferre oportet, dāda talis est, quę sit quàm simplicissima. Vino verò in universū abstinere debet; nimirum ut robustam habeat potentiā, vel si rarissimè erit propinandum, temperatione lacteum sit lactisve calorem habens & vespertinum. Balnea ne sint assidua & continentia. Raro rum enim & benè temperatorum usus præstantior est. Eodē modo etiam aër ille idoneus & commodus est, qui habet calidi & frigidi bonam temperaturam. Domus quoq; sit neq; nimis ventis pervia illiq; exposita, neque nimis constricta & obscura: imò verò etiam aqua sit, neq; dura, h. est, cum laboribus hausta, nec quæ facilè sursum adducatur. Et vestes stragulæ non asperæ, sed quæ benè cōcin-

nè corpori advolvuntur. In hiſce namq; omnibus, quod proprium eſt, non aũt quod ſumptuoſum natura deſiderat. Hæc igitur impræſentiarũ non inutile fuerit tibi ſubſcripſiſſe ac probaſſe educationes ſpei, vel juxta eam, quæ jam expoſita eſt, quámq; ſuaſi educationem, factas. Faxit autem Deus Opt. Max. ut rurſus ex educatione infantis tuas exſpectatas admonitiones etiam aliquando referas.

MELISSÆ *Epiſtola.*

MELISSA CLARETÆ *Salutem dicit.*

ULtrò mihi videris multam habere honeſtatem. Quia enim dedita operæ ſtudioſéq; aliquid audire aves de honeſto uxoris ornatu, bonam præbes ſpem te in virtute velle canescere. Oportet igitur modeſtam & liberã conjugem accuratè cum ſilentio viro legitimo, verùm non ſumptuoſè comptã ornatámq; eſſe. Decet autem eam eſſe veſte candida amictam mundámq; & ſimplicem, at non ſumptuoſam nimiſq; luxuriantem. Vitare enim debet illa pellucida & ſubpurpurea, itémq; auro intertexta veſtimẽta, illa nãq; meretricibus ex uſu ſunt, ut plures ad ſe pelliciant. Illius verò fœminæ, quæ uni viro ſuo placere ſtudet, mundus & ornatus ſunt mores, non aũt veſtes. Valdè quippe pulchrum eſt fœminam liberã

αρμόσως. ἐν πᾶσι γὰρ τούτοις τὸ οἰκεῖον ἐκ φύσεως ἐπαποθεῖ, ἀλλ' οὐκ ἐκ τοῦ πολυτελοῦς. ταῦτα μὲν οὖν ἔστω τῷ παρόντος οὐκ ἀχρεῖα ὑπογράψαι σοι τὰς ἐλπίδος ἐμῆς φάς ἢ κατ' ἐμὲ ὑφαγόμενον γνώμενα. θεὸς δὲ συλλαμβάνοντος ἐφ' ταῖς ἀγωγαῖς πᾶσι παιδὸς αὐδῆς τὰς ἐνδεχομένας καὶ ποτὲ οἰκείας κομοῦμες ὑπομνάσεις.

Μελίσσης Ἐπιστολή.

ΜΕΛΙΣΣΑ ΚΛΑΡΕΤΑΙ χαίρειν.

1 ΑΓγοματώς ἐμοὶ φαίνῃ πλέονα τοῦ καλῶν ἔχειν, τοῦ γὰρ ἐπουδαιομένως ἐθέλειν τὶ ἀκοῦσαι περὶ γυναικὸς εἰκοσμίας καλὰν ἐλπίδα διδοῖ, ὅτι μέλλεις πολιῦσθαι καλ' ἀρεϊάν. χρὴ οὖν τὰν σώφρονα καὶ ἐλευθέραν τοῦ κατὰ νόμον ἀνδρὶ ποτῇ μὲν ἀσυχίᾳ κεκαλλωπισμέναν, ἀλλὰ μὴ πολυτελῶς. ἧμεν δὲ τᾷ ἐσθᾶτι λελυκοτίμονα καθάριον καὶ ἀφελῆ, ἀλλὰ μὴ πολυτελῆ καὶ πεποιαδν. παραπλήσιον γὰρ αὐτὰν τὰν διαυγῆ ἐσθιαπόρφυρον, καὶ τὰ χρυσόπαστα τῶν ἱματίων, ταῖς ἑτέραις γὰρ ταδὲ χρήσιμα πέφυκεν ἢ πλείονων θήρας. τᾶς δὲ πού' ἕνα τὸ ἴδιον ἐν ἀρεσθέσας γυναικὸς, κόσμος ὁ βόπος πέλει, καὶ χαὶ καλαί. εὔμορφον γὰρ ἁλὰ ἐλευ-

ἐλεύθερα ἡδονὴ τοῦ ἰδίου ἀνδρὸς, ἀλλ' οὐ τοῖς πλησίον. ἔχοις δ' ἂν ἐπὶ τᾶς ὄψιος ἐρύθημα μὲν σεμνεῖον αἰδοῦς ἀντὶ φύκεος, καλοκαγαθίαν δὲ ἀντὶ κοσμύτητα, ἀντὶ σωφροσύναν ἀντὶ χρυσοῦ καὶ σμαράγδω. οὐ γὰρ ἐς τὰν τᾶς ἐλευθέρας πολυτέλειαν, φιλοκαλεῖν δεῖ τὰν γυναῖκαν τᾶς σωφροσύνας, ἀλλ' εἰς τὰν οἰκονομίαν τᾶ οἴκου. ἀρέσκειν δὲ τῷ ἰδίῳ ἀνδρὶ ἐπιτελίας ποιεῦσαν τᾶς ἐκείνω θελήσιας, αἰγὰ γὰρ ἀνδρὸς θελήσις νόμος ὀφείλει ἄγραφος εἶμεν γυναικὶ ποτὶ ὃν χρὴ βιοῦν αὐτάν. νομίζειν δὲ πρέπειν ποτιπεφθαι ἔμμεν αὐτᾷ καλλίσταν καὶ μεγίσταν τὰν εὐταξίαν. πιστεύειν γὰρ χρὴ πρὸ τᾶς ψυχᾶς κάλλει τε καὶ πλούτῳ μᾶλλον, ἢ πρὸ τᾶς ὄψιος καὶ τῶν χρημάτων. τὰ μὲν γὰρ φθόνος καὶ νοῦσος παραιρεῖται. τὰ δὲ, μέχρι θανάτω παρεντι ἐντεταγμένα.

ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ, Πυθαγόρᾳ Ἱέρωνι.

Ἀσφαλὴς ὁ ἐμὸς βίος καὶ ἡσύχος· ὁ δὲ σὸς, κατ' οὐδὲν ἐμοὶ προσαπτελάζει. μίσθιος ἀνὴρ καὶ λειποσίτας Σικελικᾶς ξαπίζης οὐ δεῖται. πάντ' ἔχει Πυθαγόρας ἱκανὰ τὰ καθ' ἡμέραν, οὐ

stilo ipsius marito oblectari, non autem aliis. Argumentum verò habeas fuci loco in facie ruborem: honestatem & modestam venustatem ac temperantiã loco auri & fulgentium smaragdorũ. Non enim in luxum profusionémq; vestis eam, quæ moderationis & castimoniæ amans est, elegantiæ esse studiosam convenit: sed in domus & rei familiaris dispensationem elegantẽ esse addecet. Eã verò suo viro placere, quæ ipsius voluntatem perfectè faciat. Siquidem viri voluntates lex non scripta esse benè ornatæ modestæq; fœminæ debet, ad quam eam vivere oportet. Séq; dotem una secum longè pulcherrimam maximámq; ad virum attulisse, modestiam compositósq; mores, existimare debebit. Nã animi pulchritudini atq; opibus potiùs, quàm oris & pecuniarum credendum est. Oris n. formam invidia & morbus delibant & auferunt: pecuniarum verò species & decor solum ad mortem usq; homini adsunt.

PITHAGORÆ EPISTOLA *Pythagoras Hieroni Syracusano.*

Vita mea tuta & quieta est: tua verò nulla in parte mihi appropinquat nec convenit. Vir moderatus & pauper Siculæ mensę non indiget. Pythagoras, quocumq; locorum venerit omnia quę quotidiè sufficiunt & quã-

tum satis est, habet. Dynastæ verò se in famulitium dare ejúsve contubernio uti grave & permolestũ est ei, qui non assuevit. Magnum & à periculo remotũ est habere, quod sibi ad vitam frugaliter exigendam sufficiat. Siquidem ille suis contentus animus, nec æmulos, aut invidos habet, nec sibi ab cujusquam insidiis, quæ tendi poterunt, metuit, Quo nomine etiam vitam Deo proximè degere videtur. Bona dispositio atque habitus non proseminatur rei Veneræ usu, nec cibis, qui hauriũtur: sed venit ab indigentia, quę ad viri virtutem ducit. Variæ autem & intemperantes voluptates infirmorum hominum animos in servitutem adigunt. Multò verò maximè illæ, quibus tu frueris. Quare cùm teipse etiam illis dedideris (pendes enim ab ipsis) etiã servari non poteris, Nam oratio tua, quam profers, iis, quæ damnosa sunt, contraria non est. Ne igitur Pythagorã voca tibi convicturum. Neque enim medici simul cum ægris decumbere volunt.

Epistolarum Thearus, Myiæ, Moliffo & Pythagoræ

FINIS.

ἀν ἔλθῃ. ἀπραπία δὲ δυνά-
σθαι βαρὺ καὶ ἐπαχθὲς τοῦ μὴ
εἰθισμένου μέγα καὶ ἀσφαλὲς
αὐτάρκεια. οὔτε γὰρ ἔχει τὸν
φθονήσοντα, ὅτι τ' ἐπιβουλεύ-
σοντα. διὸ καὶ δοκεῖ ἐγ ἐγγυ-
τάτῳ θεοῦ ἡ διαγωγή. Διά-
θεσις ἀγαθὴ οὐ γίνεται ὑπὸ
ἀφροδισίων, οὐδὲ ὑπὸ ἐδέσ-
μάτων, ἀλλ' ὑπὸ ἐνδείας ἀ-
γούσης πρὸς ἀνδρὸς ἀρετήν. ὧν
δοραὶ δὲ παχύλαι καὶ ἀκρατεῖς
δουλοῦνται ψυχὰς ἀσθενῶν ἀν-
θρώπων. πολὺ δὲ μάλιστα ὧν
σὺ ἀπολαύεις. Διὸ ἐπιδίδως
σαυτὸν εἰς τὰ τοιαῦτα, αἰω-
ρῇ γὰρ ἢ οὐ δύνασαι σώζεσθαι.
λόγος γὰρ ὁ παρὰ σοῦ οὐκ ἐν-
αντιοῦται τοῖς ἀσυμφόροις.
μὴ οὖν κάλει Πυθαγόραν συμ-
βιώσοντά σοι. οὐδὲ γὰρ οἱ ἰα-
τροὶ αἱροῦνται τοῖς νοσοῦσι συγ-
κάμνειν.

Τῶν δ' Θεανοῦς καὶ Μυίας καὶ Μιλίσσης
τῇ Πυθαγόρου ἐπιστολή.

ΤΕΛΟΣ.

Benèvolo candidoque Lectori.

VT non neſcias, benevole lector, quid à nobis in hoc opere præſtitum ſit, ſic paucis accipe. Vſi ſumus unico duntaxat exemplari, quod olim ex alio, pulchrè quidem manu deſcripto, ſed perquam mendoſo, è bibliotheca Clariſſimi Doctiſſimiq; viri Antonii Perrenotti Granvellani Cardinalis profecto, ipſimet manu propria deſcripſimus. Nec nos fugit, quàm periculoſa res ſit aleæ, unico exemplari ceu anchoræ, exiſtimationis ſuæ periculum, velut in ſubitò coorta tempeſtate, hoc tempore credere ac committere. Sed nos hîc publicæ utilitatis majorẽ, quàm privati honoris rationem habendam putavimus. Intereà ſenſum quàm potuimus proximè proprieq; expreſsimus. Si tamen in non paucis graviſſimi Philoſophi mentem non ſatis ſumus aſſecuti, eius nobis ab hominibus doctis veniam datum iri ſperamus. Præſertim cùm aliis adminiculis omninò fuerimus deſtituti. Solùm Petreius Tiara homo ad unguem doctus, paucula quædam eaq; levia, in libro de adhortatione ad philoſophiam correxerat. Et quædam etiam benignè nobiſcum communicavit ex Vaticana (ut opinor) deſcripta, itẽq; candidè nonnulla indicavit vir Clariſſimus Theodorus Canterus. Porrò quæ hic noſter ex Platone, cujus longè fuit ſtudioſiſſimus, in hoſce commentarios tranſcripſit, ea fideliter omnia κατὰ δύναμιν & indicavimus & emendavimus. Textum Græcum itẽ infinitis in locis graviſſimè fœdatum, quàm potuimus accuratiſſi-

mè ex ingenio caſtigavimus, eaq; autori ſubjecimus. Quod ſi tamen non omnia vidimus, (quis enim tàm Lynceus unquam fuit, ut in tantis tenebris, inquit Marcus Tullius, nihil offenderit, nuſquam incurrerit?) ſed multa nos fugierunt: ſi ſatis non eſt, hominis, abs quo nihil humani alienum eſt, confeſsio, utiq; ſatis eſſe debebit, quod ingenio, ſtudio & induſtria aſſequi potuimus, à nobis ἀφθόνως in medium collatum. Noſq; authorem tam eximium, etſi non prorſus emaculatum, etiam cum proprii nominis diſpendio in lucem emittere maluiſse, quàm plurimorum eruditorum exſpectationem diutius fallere. Habuit illum in ſua quidem poſſeſsione quondam Io. Alex. Braſsicanus, uti ſcribit in editione Salviani, habuerunt alii: ſed nemo, quod ſciam, illi hactenus admolitus eſt manum. Hoc ergo effecero, quòd Pauſaniæ, Straboni, Dioni, Athenæo, & infinitis aliis contigit, uti poſteaquam mutili, ſordidati & malè habiti lucem aſpexiſſent, doctiſsimorum hominum commiſeratione tandem emaculati, & priſtino nativoq; nitori omninò reſtituti ſunt, idem noſtro huic aliquandò etiam accidat. Nimirum optimæ ac fideliſsimæ matris exemplo, quæ præclariſsimum fœtum in lucem edit, & quod poteſt, confert: ſed quod non poteſt, nutricibus, pædagogis ac præceptoribus, ut conferant, demandat. Quare æquos lectores etiam atq; etiam rogatos & obſervatos volo, ne noſtrum ſtudiũ ac conatum ſuggillare aut reprehendere velint, uti quibuſdam hodie nimis familiare eſſe videmus, qui nihil, niſi quòd ipſi faciunt, rectum putant: ſed comiter potiùs corrigant, noſq; quorundam amicè admoneant, cuiuſq; ſtudium, utroque quod aiunt, pollice laudaturos. Interdum etiam aſteriſcos, ubi vel defectus aliquis, vel mendum eſſe videbatur, notavimus, & lacunas aliquot reliquimus. præſertim ubi non potuimus nos ſatis expedire. Iam quantis laboribus & vigiliis omnia nobis conſtiterint, experietur, quiſquis in

conſi-

consimilibus unquam periculum facturas est. Tantum igitur abest, ut abscitantia vel negligentia vel mala denique fide nobis dica aliqua scribi debeat, ut omnes, qui hæc lecturi sint nobis æternam potiùs debituri sint gratiam, quòd vel informem vel deformem partū edere, quàm illum supprimere maluerimus. Quod si, uti spero, obtinuero, ut reliqua ejusdem authoris, quæ apud me jam confecta habeo, publici itidem juris haud gravatè simus facturi, animus addetur. Indicem rerum omnium memorabilium in fine quoq; adjecimus. Vale lector, & hisce nobiscum fruere.

I. ARC. THEODORETI
NOTATIONES

aliquot paucæ in vitam Iamblichi Philosophi, authore EUnapio Sardiano scriptam.

Pag.1.v.6. ὁ εὐδαιμόνων γωνίων elisso articulo ὁ leg. censeo.

v.8. Συρίαν de meo addidi, quod ita semper Iamblichus ipse patriā notet, & Epitheton κοίλη sine substantivo Συρία putem non poni.

v.18. pro κίκκαβος, alii βίκκαβος, rectius, meo judicio, Iunius, κίκκαφος. Quod verò Eunapius addit de orationis perspicuitate & sermonis puritate, & reliqua, docti nullo modo admiserint tale de eo judicium. Siquidem orationis structura iuxta, ac res, Platonicæ plane similis exstitit. Quo nomine illum Proclus etiam in Commentariis in Platonem non rarò θεῖον vocare solet.

Pag.3.v.21. Iunius interpres pro τοῦ δὲ βίου, τοῦ ἱερέως emendat & vertit. Verùm eruditissimus piissimæque memoriæ Iuvenis Guliel. Canterus nov. lect. lib.8.cap.17. rectius, ut mihi quidem videtur, πρὸς τοῦ λόγου ὄφελος scribendum putat.

Pag.4, v.3. Interpres ἐπαγγὼν, non procul hinc vertit. Ego, recens mallem. significat enim πρὸ ὀλίγου. vers.2. pro ὀδὸν, ὁδὸν vel ὁδὸν lego, ut & interpres videtur legisse.

v.7. vel κατακλείσας vel κεκλεικέναι leg.

v.12. κοὶ τὸ ἐλαγχὸν legit Commel.

v.20. ὁ μὲν οὖν ὄψις legend. putarem. Siquidem articulus declarat fœmininum aliquid deesse.

Pag.6.v.30. Plato de eo graviter disputat in Phædone.

Pag. 7. v.21. Dictum illud Theologi etiam meminerunt, & in primis D. Hieron.

IN IULIAN.

Pag. 11. v.22. Quod de Homero dicit Iulianus, non Proteo: sed Vlyssi ascribendum, quem talem fingit statim initio ὀδυσσ.

Pag. 12, v.24. Homerus hoc dicit ὀδυσσ. δ.

Pag. 14. v.28. ὀνειροκρόλων interpres reddidit, augurarer, ego cum pace mallē, somniarē.

IOANNIS ARCERII THEODORETI CASTIGATIONES ET NOTAE IN LIB. I. IAMBLICHI de vita Pythagora.

PAg.25.v. 10. ἀφ' τούτων, vel ἀφ' τῶν θεῶν leg.cænseo.

Pag.26.v.29.pro γενῆσθαι, tempore præterito perf. γεγενῆσθαι leg. videtur.

v. 33. pro φρονίζειν, quod erat in manuſ. intrepidè φρονήσαι posui.

Pag.27.v.13. pro Σαμίης, Σάμης puto reponendum,ut eſt in carmine oraculi.

v. 16. Legebatur perperam Ἀγκαῖς ἰναλίοις. pedeſtri oratione diſtichon reddidi,quod paucis verbis numeris aſtringi, niſi obſcurè, non poſſet.

verſ. 32. ἀπ' Ἀγκαίου omnino leg. fuit, non ἀπ' ἀγκαίων,ut erat in ſcripto.

Pag. 28. v. 5. pro Πυθαγόραν, Πυθαγόραν, & in pentametro carmine pro ἴσχει, ἴσχειν ſubſtitui.

v. 20. ἐς reposui, pro ἐν,uti ſcriptum erat, & recte puto me mutaſſe, ſi acquirendi caſus ſervabitur. Quod ſi ἐν retinebitur, dandi caſu ἐν σύμπαντι τῷ βίῳ legetur.

Pag. 29. v. 5. Locus ſuſpectus. Putavi aliquando κινέσαντα legendum,etſi ne ſic quidem locus ſatis foret ſanus. Senſum tamen utcumque mihi videor expreſſiſſe. pro εἰ μὴ, in manuſ.bellatulè exarato ἐὰν μὴ legebatur.

v.18. τὸ ναοῖσι. perperam legeb.

v. 22. Hîc rectè legitur Μνήσαρχος, vt & Diog.Laert.& Suidas, & ante hos Herodotus in Melpom. & Clc. Alexandr legunt:perperam ergo antè aliquoties Μναμάρχος habetur, & quotieſcumque ita poſteà legetur, mutandum eſt.

Pag.30. v. 1. pro λαθανόντος τι, δι, & mox v.3. pro κομιδῆ τι, τι putarem legendum.

v.7. pro ἐπίτριφε, ἐπίτριφε, vel ἐπίτριτε & pro θαυμαστὰς, θαυμαστὸς indubitanter corrigendum puto.

v. 16. Mendosè κατάκτειν legebatur, quod ſi mutetur in κατακτᾶν, ne ſic quidem locus integer futurus eſt. Itaque in καθ' ἑκάστου mutandum cenſeo, ac verti ſingulis diebus. Nam ita Græcos etiam loqui,uti καθ' ἡμιὸ dicunt,brevitatis cauſſa puto.

v.21. καὶ κολοσολῇ σύμμαχος cum copula leg. judico.

v. ultimo ἐς τὰς ἀγυιάς. leg.

Pag.31. v.1. Samii comati meminit etiam Eraſ.in χιλ. Sed illius interpretamentum ab hoc alienum eſt,aut ſaltem diverſum atque aliud.vide infrà cap. 6.

v.27 pro ἄσμενον, rectiùs ἀσμένως, vel potius ἄσμενος ſcribendum.

Pag. 32. v. 5. καὶ γὰς ſcribendum puto. Sic v. 6. ἀφ' legebatur, pro quo δὲ ſubſtitui. pro ἐφοδιάσας fortè ἐφοδιάζ. ſcribend. Locus mihi mendoſus vel obſcurus viſus. Senſum,ut potui,reddidi.

v. 11. plenè videtur leg. καθάρσιον & ver. 10. ὅσιον.

verſ. 26. pro κἀν τούτῳ, κἂν τούτων lego, vel κἀν τούτῳ,& pro ἀκαγρίῳ,ἀγρυπνίῳ ſcribendum cenſeo.

Pag.33.v.5. Μάγος leg. videtur,niſi quis Μάγος vel Μαγεὺς legere malit. Fuit enim ſanctus hic vir AEgyptius natione, cui etiam meritò competit φυσιολόγος epitheton.

v. 7. ἱεροφάντης & v. ſeq. τελεστὰς legebatur, itaq; leg. ut ſcriptum eſt, vel πάσας τελετὰς ſcribendum.

v. 14. pro ὀρίσιν, vel ὀρίσεσι, vel ὁρίζει, vel πρὸ θέσεως διωρίσ ſcribend.

v.16 δικαίῳ lego.

v. 23. pro ἀγαθὸς ubi aſteriſcum poſui,fortè ἀχθὸς legendum videatur.

v. ult. pro κερδήσας, κερδανάντες fortè ſcrib.

Pag. 34. v.3 πλουτῶ αὐτὸς ἐγκρατὴς καὶ σωφρῶν putarem ſcrib. quod magis ordinem ſapiat.

v. 6. ἀφιδρύοντες ſcrib.

vrt2. fortaſſe rectius in numero multitudinis ἄκρων legetur. Scriptum erat ἄκρου. Cæterùm totus hic locus mihi ſuſpectus eſt.

v.30. Legebatur ἀσαλεύτου,

v. 32. pro στευγμίνι lamblichus fortè scripsit στευγμίνῳ. coq; converti fago vestitus, rectè an secùs, candidus lector judicet.

Pag. 35. v. 1. pro πᾶς τι, ταῦτα συμ. ἀν. τῷ π. ὦ ἀ. judico legendum.

v. 15. ἠῶνα scribend. puto.

v. 16. pro σκάφος σφοσοχῆς, scribere malim σφοσοχθίσαντ@.

v. 20. αὐτοχθὶν una dictione posui, quod disjunctim legebatur, sed sine sensu, in exemplari nostro manu descripto. Sequentia penè ad finem usq; capitis non vacant mendis, quæ tamen tollere non potui. Sensum tamen mihi non malè videor reddidisse.

Pag. 38. v. 4. pro ἐπιξῆτε, ἐπιξῆτο lego, uti paullo post p. 39. v. 2. legitur.

v. 24. οὐδὲ διξῆτο lego.

Pag. 39. v. 2. ἐπ' ἄξων@ scribendum. ut & v. ulti. ἄξωνι.

v. 6. pro ἀντίσωον, ἀντὶ τόνου lego.

v. 20. ἐπὶ ἀνεσκαίν legebatur, fortè σκῆν@ ἐπ legendum.

v. 21. pro πάντα fortè πᾶζαν.

Pag. 40. v. 1. pro μαλαισιώσασιν fortè rectiùs scripseris μαθήμασιν.

Pag. 41. v. 2. χαλκεῖον ἴτι scrib.

v. 5. post νομίζοντες, ἄξιον vel simile desideratur, & καλὸν pro καλλὰν scrib.

v. 21. in Manus. ἑκάτ@ μίγις@ numero unitatis legeb.

Pag. 42. v. 10. scribo κυβίσι@.

v. 14. post διστάζειν suspicor aliquid deesse. fortasse ἐπὶ ξένης διστάζειν, sententiam plenam reddet. Equidem puto me sensum utcumq; expressisse.

v. 26. Non satis constat oratio, quæ sic benè habebit, meo judicio, si legatur, πλαθὼ πλείονα &c. vel simile. Illud verò ἀσιτῶν, quod statim sequitur, itidem mendosum est. fortè non malè legetur ἀθυμῶν, vel simile. Itē ἐκπαιδάλους.

v. 31. ἐσφῆσθαι scribendum.

Pag. 43. v. 7. Fortè ἀπεσαμβλινὸς rectiùs scribetur, quàm ἀπεσαμβλινὸς, quod an inveniatur haud dubito.

v. 9. Orationem imperfectam esse, cui non potuerim mederi, asteriscus nota.

Pag. 44. v. 26. pro ἐπὶ, ἐπ' ἢ leg. judicarem.

Pag. 45. v. 4. θυείαν legebatur. Locus mihi in sanabilis. unde nec germanum illius sensum exprimere potui.

v. 19. pro θυότης, quod posui, θυότηλι legebatur.

Pag. 46. v. 15. ᾗ ἐκνυθίῃσι lego.

v. 18. pro ἡμίσιον, ἡμίσιον scribend. censeo. Error manifestus ex vitiosa pronuntiatione. Fuit enim civitas hoc nomine in Sicilia. Quid autem sibi velit Τανρομενὸς, quod statim sequitur, fateor me ignorare. Putavi aliquando τριζηλίαν, quæ & ipsa ejusdem regionis civitas fuit, legendum, Æquus & candidus lector dijudicet, vel melius quid afferat.

v. 20. ἀλοχαῖον ἀλόγιτῦ, quod monstrosum quid, mutavi in ἀλόχαιόν τε Κατ. ut infrà cap. 27. quoque legitur. Id quod & vidit vir doctus, & amicus noster Theodorus Canterus.

v. 23. Locum esse mendosum indicare volui per asteriscum. Mendum est in τῶν ὑπερόχων, quod nihil est. olim mutaram quidem in ὑπερόγκων, ut quàm minimum recederem ab scriptura nostra: sed nunc potius ἀβελτίων suspicor legendum.

Pag. 47. v. 4. una dictione ἐπιλομὴ legend. & mox v. 6. τὸ λαφθέγμα τοῦ λοιτοῦ, fortè rectiùs scribetur.

v. 11. ἀμαθίαν, converti imperitiam, quòd aliud non occurreret satis aptum. interim notum etiam pueris, eo significari non tam inscientiam quàm crassitudinem quampiam, qua quis nec voluit, nec potuit aliquid addiscere.

v. 14. Nescio satis, an illud, ἀμείλιον, integrum sit. verti, quod visum est convenire.

Pag. 48. v. 10. pro ἐσφημένος. vide num scribendum sit ἐσφαιρωμένος.

Pag. 49. v. 5. pro παφαλὲς, quæ nihili planè vox est, παχυλὲς, uti pag. 62. v. 16. & aliàs legitur, scribo. Significat eum adolescentes adhortatum esse, ut senes maximè revererentur, idque multis rationibus.

v. 23. ἐπαγωγὴν ἐπὶ verti, ingressus causa, rectiùs fortè, invitamēti, vel incitamenti causa, dixissem. Lector, quod malit, eligat.

Pag. 50. v. 6. pro ὠσεγκάζειν, ὑπεγκύκλειν suspicor leg.

v. 25. pro πανδοκὸν legebatur παιδὸ. Imperitus scriba procul dubio, quod per abbreviationem πᾶ. scriptum reperierat, non intelligens, in παιδὸ perperam mutavit.

v. 22. πιφιλοπαιγμόνους censeo scrib.

v. 26. stellulam posui, quòd ὄκκλον putem. Me certè propter obscuritatem, ex qua non me potui expedire, non parum torsit. quod igitur conversi, æquo animo lector accipiet.

v.29. τῶν ὅλων, legi & converti παρόλων.

Pag. 51. v.1. ἐστὶ γὰρ, ὅτι leg. videtur. quamquam ne sic quidem mihi satisfacio.

v. 29. προσήκει, ἐμμένοντα τοῖς πατρίοις, ut ad præcedentia referatur.

Pag. 52. v.1. pro δεκάτῃ, audacter δεκαετῆ, vel δεκάτῳ & χιλιέτει lego: expressi quidē, ut mihi videor, sensum in versione: sed ingenuè fateor nondum didicisse me, quid sibi velit numerus millenarius.

v.31. ἀφ' ἑτερᾶς τε leg. censeo.

Pag. 53. v. 12. pro πεφιμένου vel πεφύμου, lego περιφύμου.

v.33. Locus valde mendosus, τῷ τῶν ἄλλων, nescio quid sibi velit. Sic quod sequitur p. 54. v.1. πόπτισον τῆς ἐκείνων, quis quilias & portenta. muto in πυτθήνας, & τῶν ejiciendum & ἐκ μιᾶς leg. censeo. Sensum utcunque mihi video of expressisse.

Pag 54. v.27. pro Μυσῶν, μυσίων, hoc est, locum Musis sacratum, vel Musarum sacrarium, uti converti, omninò puto scribendum. uti pag. 58. v. 22. etiam legitur.

Pag. 55. v. 6. Quid si legatur ἐκατονταετίδος numero multitudinis, ut ad substantivū ἔτους referatur?

v. 29. φάναι ἄν.

Pag. 56. v. 5. προκείμενον verti, propositi subsidium ut & mox, quod obscurum esse fateor, nec mihi quoque satisfecit. interim non occurrebat melius.

v. 17. μὴ δικαίως; conjunctim malè legebatur, quod ita mutavi, ut impressum est.

Pag. 57. v. 14. perperam κεφαίτας & δαιμόνιον & v. 20. ἀνθρώπῳ legebatur in manus. Porro allusisse Pythagoram ad illud Hesiodi εὖ δ' ἔργ. οὐ λήθεις ἀθανάτων, ὅς τ' αὐτὸς πάντα νοήσῃ etc. etiam pueris notum esse potest.

Pag. 58. v. 11. ἀδίκως γνῶναι, accusandi, non cognoscendi casu scribendum. referendum enim est ad ἐγκαλεῖν.

v. 26. Πυθαΐδα, ut in argumento seq. capitis, legend.

Pag. 59. v. 11. pro ἀπὸ, τὸν δὲ leg. cēsuerim. Sic v. 5. intrepidè pro παιδίων, παιδικῶν, & infrà v. 27. pro Αἰγείαν, ἡγεῖται posui.

v. 21. ἐπανιὼν scribendum videtur ut P. 61. v. 6. Quod autem sequitur de purgatione, ab emendo mihi suspectum est. Vide factum, ut mihi in versione non satisfecerim. Δεῖπνος fortè per sacrificium reddendum erat, sed ne sic quidē obscuritas tolleretur. itaq; asteriscō notavi.

Pag. 60. in argumento ια. cap. ἰδίαν, mutavi in κ' τὴν. Sic p. 61. v. 2. καλὸν ἀγαθόν, quod scriptum erat, in καλὸν καγαθόν.

Pag. 61. τὸν δαίμονα, fortè scribend. est enim τὸ, πεμᾶν verbum activum.

Pag. 62. v. 13. Totus ille locus mihi intricatus visus. itaque æqui bonique consulendum quod verti. Mihi certè nondum satisfeci.

Vers. 19. προδέξασθαι legeb. in manus. sed sequentia ὑπαλλα.

v. 33. post διδομένῳ, puto deesse vel γαμετῇ, vel γυναικὶ, ut respondeant cæteris.

Pag. 63. v. 5. Δωδώνη scribend. & pro Δίλφοι, quod scriptum erat, mutavi Δίλφους.

v. 20. ἀρετὴ πρὸς γυναικὸς scribendum videtur vel ἀνδρῶν μὲν ἀρετὴ πρὸς γυναικῶν δικαιοσύνη. Quod de Ulysse & Calypso subditur ab Iamblicho, pulcherrimè apud Hom. describitur ὀδυσ. ε. sic loquētem. ἀθάνατος τ' ἔμεν ἠμεγερέμεν πάμ ἰόντα, σὺν ἄλγεσι. &c.

Pag. 64. v. 7. scribe ἀπεπε. perperam enim ε scribæ vitio coaluit cum ε, aliquando putavi ἐχεῖν scribendum: sed ptius, quod dixi, & converti quoque, præfero.

v. 12. Quod Iamblichus hîc de celebri illa Græciæ panegyri, cui Pythagoras vitam humanam similem fecit, scribit, etiam Cicero expressit lib. 5. Tuscul. Quæst. non procul à principio.

v. 27. Vide lector, num pro δᾶ, δὴ leg. sit.

Pag. 65. v. 4. post προσομιλεῖν scribæ vitio ἄλλῃ, vel simile omissum reor.

v. 7. fortè scribend. ἄνις, pro ἀνὴρ.

v. 20. Locus mendis non vacat. Vt cunq; restituetur ac sanabitur, si legas ἀφοσιωθῆναι, &c. deinde ἐκ τὰ ἄλλα, ἃ ἂν ἄπορος τις καλεῖ.

v. 33. initio 15. capit. ἐπιφάνειαι suspicor scrib. proclive fuit imperito scribæ omittere in fine ν.

Pag. 66. v. 2. pro ἰλίκτιλο, ἰλίαλλο Πυθαγόρᾳ fortasse scribend. Et licet Græca parum sint sana, tamen sensum mihi non inconcinnè expressisse videor.

v. 8. post νομιζομένοις, ubi asteriscum posui, περιγίνεται rursum omissum puto.

v. 18. pro ἐν τότε, quod posui, ἐπετοῖ legebatur. & mox v. 21. ἐν παιμενῶν leg. item pro κυάμων, ἀνάμων, quod nihil vocabulum est, legebat. sic pro ἀπὸ αὐτὸς, ἀπ' αὐτὸς reposui.

Pag. 67. v. 6. vide num. αὐτῷ μαθήσεως leg. sit pro τῶς, ut caput & præcipuum corpus quasi à cauda fuerint revulsa. Alioqui si articulus est, pro eo, τοῖς indubitatò scrib.

v. 18.

v. 18. καὶ διαστημάτων conjunctim puto leg. non disjunctim ἀπὸ σημείων.

v. 27. pro κυκλῶν emenda κύκλῳ.

Pag. 68. v. 3. in argum. cap. 14. ὡς αἱ, & mox v. 5. εἰσικῆσαι scribe.

v. 18. ἀναμφιλέκτως, & v. 22. σώφρων, & v. 23 ἀμεταλήπτως legebatur in Manuſ. verſus item erat valdè mendoſè ſcripti, quos tamen prōclivè & facilè fuit benè correctos dare, præſertim cū habeantur Ἰλιάδ. ε. ſtatim in principio. Eos converti, non ut majeſtatem & leporem Homeri, (quod nondum puto cuiquam licuiſſe, nedum mihi) ſed ut ſenſum utcumq; exprimerem.

v. 56. Locum illum corruptiſſimum ſic me ſanaſſe puto, legendo, ἰσο ῥέμενα πειρίθησιν ὁ Μυκήνας σὺν Τρωϊκοῖς λαφύροις &c.

Pag. 69. v. 2. τῦτο ἀσπιδῶ παρασάμον legend. ſuſpicor.

v. 7. ἰαυλῦ ſcribe. ut & v. 22. ἀκῦ, & mox πρώτην κατὰς.

v. 32. Lego ἀφαγιασμοὶ vel ἀφαγνισμοὶ, vel deniq; ἀγνισμοὶ & v. penult. λόγον ἄξιον, fortè λόγῳ, vel, ut poſui, λόγων.

Pag. 70. v. 21. ὁμιλιῶν leg.

v. 24. Locus fœdè corruptus, quem ita fortè non malè reſtituas, ὁ νοημάτων, vel ὁ θυμηκάτων, διακάθηρέ τε συνεκλυδάνισμένον. Quodſi verò hic, ut & alibi non rarò, authoris mentem non ſatis aſſequor, vetuſtati, quæ hunc elegantiſſimum authorem ita miſerè nobis mutilavit, utiq; aſſcribendum erit.

Pag. 71. v. 3. συντετυλεμμένον malim leg. & v. 9. ἰσπάνζῃ, pro χρήσεται ἐπιπίπτῃ. Sic mox pro ἐπέρχηδ, ἐπίῃ δὲ fortè rectius. Difficile fuit & hinc commodum aliquem ſenſum elicere.

v. 18. ἀκατασχέτως leg. ſuſpicor. Sed ὕπυλα καὶ ὑπερφίαλα cætera.

v. 31. καὶ συμπαιχμάσω copulatè ſcribo.

Pag. 72. v. 14. ἀπυφορᾶσι nihili vox eſt, & lego ἄνευ φορᾶσι, vel ἄν ἴφορ. Interea, & illa perobſcura manent. Vnde factum ut me non expediam ſatis feliciter ductum verborum ſequēs. Et puto verbum aliquod deſiderari, quod tamen propria authoritate infarcire nolui. Lector, æqui conſulat.

v. 25. ἐπιφθογγάμαν perperam in manuſ. legebatur.

v. 24. lego ἀπὸ τετραμμένης πίστεως ab ἀποτρέπω vel ἀποτεταμένης ab τάζω.

Pag. 73. v. 4. pro ἐκείνοισιν ἐν κάτοισιν leg. judico, ut carmen conſtet, Sic v. 10 πᾶσαμεν, & v. ult. Empedocl. καὶ τοῖσδ'. Potrò illud Latinè, ut potui, converti.

Pag. 74. v. 8. κολάσεως legebatur, in noſtro manuſ. fortè rectiùs κολάσεις legetur. Sed nihil definio.

v. 15. lego ἐπηρείας. Sic Thucyd. lib. 1. dixit, καὶ ἐπηρείαν δέχεσθαι, cum dolore & damno accipere. Verti, rationem perfringerent, ut Cicero dixit animos perfringere. Fortè tamen rectius ἐμπειρίας, id eſt exercitationibus animi leg. & vertendum, ut referatur ad ἐμπιδίζοντων. Nam nonnulli cibi gravant rationem, nonnulli proritant ad impuritates. Hoc ergo præfero.

v. 18. pro ἐτέρας, ἑταίρους ſcribendum ſtatuo. Et ſic converto. Mendum ex vitioſa enunciatione natum, meliori tollendum eſt.

v. 25. ἀγοίαν verti neceſſariò in ἀοιδίαν, & pro δόξης δὲ quod ſ. verſ. eſt δόξης τε puto leg. porrò ἀνεπιτήδευτον & κατεξανάστασιν, meo judicio non ſunt genuina nec germana. Verti tamen quod potui.

v. 31. pro ὁμιλικὰς, vel ὁμίλικας. i. coævos, vel ὁμιλητὰς leg. videtur. Interea autem, quæ ſequuntur uſque ad v. 10. pag. 75. tam mihi viſa ſunt confuſa & hiulca, ut commodum & germanum ſenſum ex illis elicere nequiverim. Reddidi tamen quod viſum eſt convenire.

Pag. 75. v. 12. aſteriſcus gravem affectionem indicat, cui neſcio an potuerim medicinam afferre. Conabor tamen. Putavi aliquandò διανεμόμενοι, at nunc διανεύμενοι ὀρθῶς leg. ſuſpicor. Nihil definio.

v. 17. πρὸς ὕε fortaſſe leg. Interea tota illa periodus mihi ſuſpecta eſt.

v. 26. Illud, ὃ ἴτος, neſcio quid ſibi velit. Quid ſi verò ὡς ἴτος legas? verùm & hic locus cum iis, quæ ſequuntur, obſcurus eſt, & in vertendo, ut ingenuè fatear, non parum mihi exhibuit negocii.

Pag 76. v. 14. Locus ille Platonis, quem citat noſter Iamblichus, habetur πολιτ. ζ. pag. 77. v. 3. Baſilienſ. editionis.

Pag. 77. πάρεσιν pro πάρεσιν exiſtimarem leg. valdè ſalutare eſt, quod hic ab Pythagora ſcribitur factum.

Pag. 78. v. 3. ἐκεκτῦσθαι perperam legebatur, ut ſupra p. 77. v. 28. διακεκόμισθαι pro διάπεπτωκε, & ſimilia ex vitioſa pronunciatione nata.

v. 9. pro μετίχειν, μετιτέον leg.

v. 23. ἐχώνευσε per duplex ν ſcrib.

Pag. 79. v. 8. Aſteriſcon poſui poſt τῶν, quod putem

putem aliquid desiderari. Fortassè substativũ βέσιον sententiam integram reddet. Lector dijudicet.

v.17. δυσπαραγκολήθ. scrib.

Pag. 80. v.6. Hæc Lysidis ad Hipparchum Epistola exstat in opere Epistolarum Græcarum variorum philosophorum, quæ olim ab Aldo Manutio fuerunt editæ Venetiis 1499. p.519. Sed valdè vel mendosa, vel transposita. Ex qua tamen vel hic noster emaculari, vel illa saltem hinc restitui aliquo modo potest. Deinde edita est ab Hen. Stephano cum fragmentis Pythagoricorũ ad Diog. Laërtium. Deinde ut aliquot diversitates annotẽ, legitur ibi, λέγοντι δ' ἔνιοι καὶ δαιμόνια φιλοσοφεῖν ὥσπερ ἀπαξίωσι Πυθαγόρας. ἄπαγε ἑμαυτῆς μὴ ἴσπαρχε μηδ' ἐπιτρέψω ἐκ τοῦ ἐμοῦ γενέσθαι δύλιον. ἐκ μὲν οὖν μεταβάλλοιο χαρήσομαι· ἐὶ δὲ μὴ, πάντως μοι. Quæ sequuntur in principio Epistolæ sunt. Secutus autem sum in versione, quàtum quidem potui, nostrum exemplar Iamblichi, quem Græcè & Latinè utcumque loquentem dare volui.

v.15. Et hæc in Epistola edita ad hunc modum leguntur, ὅσον αὖ μοὶ μνεῖαν τῶν τοῦ θείου καὶ σεμνῶν παραγγελμάτων, μηδὲ κοινὰ ποιεῖσθαι τὰ σοφίας ἀγαθὰ τοῖς μὴ ὁσίαν τὰς ψυχάς· ἐ γὰρ ἡμῖς ἐρίζομέν τοῖς ἀπαιδεύτοις τὰ μὴ τοιοῦτον ἀγώνων πορισθῆναι. ἐ δὲ τὰ βιβλία τοῖς τῶν Ἑλλήνων δόγμασι θεῖον μυθῶν ἀναγινώσκειν, καὶ ἐπὶ τοῦτο δὲ ἄδικος ἡ ἀπόβασις ἀμφοτέροις οἱ πάλαι πράξασι. καλὸν δ' ἀναλογίζεσθαι, ὅσον χρόνον μάτην διηγόμεθα ἀμελέτητοι ὄντες ἀνθρώπινοι πάλαι, τὰς δὲ τοῖς ἐθέλουσι παρ' ἡμῶν ἐγκαλλωπίζεσθαι ἐπιστήμας, ἃς πρὸς ἀλλοδαπῶν ἐπιτήδευμα, ἐγκαλούμεθα ἀπιθανοτέρους τῶν ἡμῶν λόγων.

Pag. 81. v. 1. Et hic variat nonnihil epistola edita, sicque legit, καθάπερ δ' οἱ βαφεῖς προεπιδεικνύουσιν ἔσυλον τὸ βάμμα τῶν ἱματίων, ὅπως ἀπλανῶς τὸν βαφὲν (in nostro manuscr. τὸν βαφὲν malè legebatur) ἀναπίπτει, καὶ μηδὲν ποκὸν γενομένου ἐξίτηλον &c.

v. 6. Epistola edita simpliciter legit παρασκευάζει τοὺς φιλοσοφίας ἐραστὰς ἔχοντας, quod noster rectius opinor habet, ut typis commissum impressumque est. Sic mox v.9. pro ἐπισκοπῶν, quod in nostro est, Epistola habet ἀπιζομένων.

v.12. pro λόγους leg. λόγοις.

v.19. Asteriscum posui quòd vitiatus locus, & in hoc nostro, & alibi videatur. Cui cùm non potuerim medicinam afferre, cum non converti: sed alii Æsculapio curandum reliqui. quinimò nec in sequentibus mihi satisfeci. Sic v.23. Epist. impressa pro τὰς ἀκροάς, quod in nostro Iamblicho est, simpliciter τὰς ἀκούσεις legitur.

v.25. pro λόγως θείως. ibi λόγως ἐλευθέρως legitur.

v.32. pro λόσιαν, ibi leg. ἔκθεσιν.

Pag. 82. v.7. Asteriscus ibi positus notat locũ graviter esse affectum. Sanabitur autem ex edita Epistola, ubi sic legitur: αὐξηθὲν ἐγκλιδὲν δύναται δὲ πάθος τέλος παντοῖον κακότητος ἐπιβοσκόμενον ἐκκλύσεως καὶ μηδαμῶς ἴσως προσέψεως τὸν λόγον. ὀνομάζωμι δὲ πρῶτον &c. Reliqua, quæ sequuntur, paullò quidem aliter ibi leguntur: sed nihil muto, quòd nostra videantur planiora.

v. 16. ὁμοίως μέχρι θανάτου καὶ κρημνῶν &c. Epistola impressa habet.

Pag. 83. v.2. Illud εὐρομήν, ὕπνον est, nec habeo quod legam, quàm quod legitur in Epistola Aldina ἐυζάμην, nisi εὐρόμην, quis præferat.

v.8. ὡς τὸ δεῖν mutandum censeo in ὥστε δεῖν, & v. seq. post ποιεῖσθ puto aliquid desiderari, vel ἀρχὼ, vel πάσχω, denique vel δυνηθείην. Iudicent docti.

Pag.84. v.31. Hæc de ἀκουσματικοῖς & μαθηματικοῖς etiam compendiosè scribuntur apud A.Gell. lib.1. cap.9. porrò hìc in margine asscripta erat talis διάδειξις



Pag.85.v.14. ante ἐπιλαμβάνεσθαι in margine autographi asscriptum erat, ὅτι λέγει, προσποιοῦνται, ὅτι λιτίον ἔπιον, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν. quod alicuius videtur esse interpretamẽtum.

v.17. τοιοῦτο, quod erat in manuscr. confidenter in τοιοῦτα & seq. v. ἄδη mutavi. Λιτὸν μαθητικοῦ μαθητικοί.

v.27. τὸ δικαιότατον absque τι, quod ut non minus necessarium, quàm quod v.seq. ponitur, τὸ τὸ σοφόν. putavi apponendum.

Pag. 86. v. 20. Locus non caret mendo, & quod verti non placet. Interim ex ingenio eum restituere non potui, quòd illud nobis non cõtigit tam felix, ut invitis libris omnibus, uti audent loqui nõnulli, (etsi non nisi uno duntaxat bellatulè quidem scripto, sed valdè mendoso simus

simus usi) mea infarcirem, & pro verbis gravissimi philosophi venditarem.

Pag. 87. v. 1. ἄλλον γὰρ una dictione leg. & v. 2. εἰς τοῦτο.

v. 18. μηδὲ ἀλλοιοῦνται, imperfectum esse videtur.

v. 24. συμβολῆς ἀγαθὸς existimo scrib. sic v. seq. ἐπὶ πολλοῖς disjunctim.

v. 29. illud, ἐν ἱερῷ mendosum est, & lego ἐν ἱερῷ. & mox v. 31. τὸ θεῖον & legi & converti, pro τοῦ ἱεροῦ.

Pag. 88. v. 5. ἐνθύμια ἰδίοις scrib. censeo.

v. 23. Quod hinc de panis fracti one dicitur, si mendo vacat, ingenuè me non intelligere fateor. Ideoque & versio nostra subobscurior exstitit, licet ductum verborum sim secutus. Interea quod hic dicitur, & pag. seq. v. 1. videtur fortè ritum fidelium Christianorum taxare.

Pag. 89. v. 30. pro Ἀτ' ἐνὸς, quod in nostro ut erat exemplari, ita etiā reliqui, puncte Ἀτ' ἐνὸς, legendum, ut gentilitium. Sic enim passim invenio nomen apud Stephanum in Ἀτ' ἐνὸς.

Pag. 90. v. 2. pro εἰς ἀγαθὸν, videtur ἀναγωγὸν potius scribend. ut & versi.

v. 6. in manus. legebatur τοῦτο τὸ πεπονθὸς ἐστι, quod non recte, uti edidimus, mutatum sit, judicent alii.

v. 26. in manus. erat ἓν, quod omnino in ἑνὸς mutandum censui. Sic v. penult. αὐτὸν in αὐτῆς mutavi.

Pag. 91. v. 2. pro ὡς, ἂν, subducit, ut necessarium relativum.

v. 12. μαστιγίαν ἔτας, & leg. & interstinguendum videtur.

v. 25. fortè μὴ τῶν ἐρῶν scribi, ut quasi viderint simul, & audierint, quod intimis solet dari.

Pag. 92. v. 9. perperam ibi legebatur Ἀνδρογόης, & v. 18. διάστασις. prosilivis enim lapsus ab ᾱ in ε, propter similitudinem literarum, quæ scribam fefellit.

v. 9. Abaridis meminit etiam Plato in Charmide, Pausan. in Laconicis, & Strabo lib. 7. geographiæ, sed meminerunt duntaxat.

v. 23. scribo & interpretor ἡγεῖσθαι. & mox, v. 25. ἀνθρώπους, ut quod sequitur, αὐτοὺς.

v. 30. illud περιοδικὸν κυκλικὸν, nescio an germanum sit. in manus. scriptum erat κυκλικὸν, vestigia primæ scripturæ ferè indicare visum est, ut sagacioribus ingeniis veram & genuinam lectionem eruendi occasionem relinquam, fortè non malè περιβεβηκὸς κυκλικὸν legerit.

v. 33. Fortè rectius pro διαιρεῖσθαι futurum διαιρεῖσθον convenit. sic ἀγωγὴν fortè melius.

Pag. 93. v. 14. pro ἄλλοις quod posui, ἄλλως legebatur. an rectè mutarim, docti judicent. & pro διαβαίνειν διβαίνειν scrib. legebatur διβαίνων.

v. 22. Vide an non potius ἐκ τοῦ αὐτοῦ scrib.

v. 25. Post γενόμενον asteriscum posui, quòd putem aliquid deesse. sententia plena erit, si addatur κυβερνῶν.

v. ult. τὸν αὐτὸν τῷ ἀναστοιχειοῦντι scribendum censeo. fuerat fortè per abbreviationem scriptum, ut & supra p. 90. v. 26. ἄλλο.

Pag. 94. v. 25. ἐνεργοῦσιν lego pro βιβῶσιν.

v. 27. δίργον, vel δίγυν nihili sunt voces, fortasse δ' ἔργων leg. vel δίργα.

Pag. 95. v. 7. Stellula notat defectivam esse orationem. Interpretationem quidem usumque supplevi defectum: sed Græca attingere non sum ausus.

v. 20. τῶν προσώπων scribo. Quæ hîc & ἐν τοῖς ἰχνεύμοσιν latè ab Iamblicho scribuntur, obiter quoque attinguntur ab A. Gellio lib. 1. cap. 9. ut supra quoque annotatum est. vide pag. 84. v. 31.

Pag. 96. v. 27. Putavi aliquando pro ἀνενδεὲς legi posse ἀνενδεὲς (sed minori mutatione fortè non malè legas ἀναμὲν. &c. v. penult. ἀναμένειν legeb. quod mutavi in ἀναμένειν.

Pag. 98. v. 11. ἀλόγιστον per duplex λ scrib.

v. 24. Illa ἐξηρτοκλίνετο mendosa sunt. Non malè putem legi ἀνευρυθμόλυτα ἢ χρόνους, vel, ἀλογιστόλυτα ἢ χρόνους, vel denique ἀλυθμοβολῆ ἢ χρόνους.

v. 28. pro ἐυρὺ intrepidè substitui, quod in textu est κυρὺ.

Pag. 99. v. 5. συνεμφῶνος, quod hic de deabus convivii dicitur, ex quibus constabant συνεμφῶνα Pythagoricè, meminit etiam Plutarchus scribens in Ἰσιδ. & Ὀσ. p. 190. v. 26.

v. 12. Illud μείζω nescio quid sit. μείζω legend. suspicor, quod quid sit, ex nostra interpretatione conjicere poteris, in qua studium secutus sum. Sic v. 8. male scriptum erat δυναμένων, pro δυναμένων, quod reposui. & v. 30. ἐνδὺς, quod in ἐνδὺς itidem mutavi.

Pag. 100. v. 11. quod hic est κυβερνᾶ infra p. 137. v. 13. rectius κυβερνᾷ scriptum est. & v. pen. παρήγγελον legebatur in nostro manus.

Pag. 101. v. 16. κάλλιον pro legebatur.

Pag. 103. v. 11. post ἀναμφιβόλως, vel ἀναντιρ-

vel δύναιτο vel ἰσχύοιτο putarem addendum. Suidas author est Anaximandron Milesium juniorem Pythagorica symbola interpretatum esse. Quæ utinam exstarent. Sic Simplicii dicuntur Romæ in aliqua Bibliot. sepulti esse commentarii.

v. 8. καὶ αὐτὰ συγχρωίζοντες legitur in manuſ. noſtro.

Pag. 104. v. 7. Illa verba ἢ ἀμείνω ἰξηγοῦ ſunt ſine mente ſoni nihilque ſignificantes. Lego κοινικῶ ἰξηγοῦ, vel, ut minimum à ſcriptura recedamus, ἀμείνω ἰξηγοῦ.

v. 15. In manuſ. ἀναπαίειν erat, quod putavi propter dativum χρωμένῳ etiam in dativum mutandum.

Pag. 105. v. 15. τὸν ἀναλλ' ἰδοκιμάζετο legendum ſuſpicor. Sic v. 10. τεταγμένῳ ſcriptum erat, quod mutavi in τεταγμένως.

v. 28. μαστικὴν lego. & v. ſeq. pro ἀγωνίαν, ἀγωγὴν ſcribend.

Pag. 106. v. 28. ἀγωνιῶσιν legendum cenſeo.

Pag. 107. v. 5. poſt κωλύσωσιν aliquid abeſſe videtur, quod in verſione complevi, ut ἀπέχεσθαι fortè, vel ſimile. alioqui locus eſt bene difficilis & perplexus.

v. 8. καταδαμάζω lego ſine augmento τὸ ι.

v. 20. οὕτω confidenter eadem mutavi in ἄτως: ſed illud μάχης, ut minimè germanum, mutare & convertere non potui. Quid ſi autem τῆς καλάχης legas? Quanquã non video, quomodo malva poſſit eſſe nuncia & σημάσιαν cœleſtium affectuum erga humana. Itaque hic ἰπίχω.

Pag. 108. v. 8. primo verbo cap. v. ψιλὸν à capite avulſum eſſe. certo certius eſt. Itaque pro πολάμβανε, συναλαμβάνει poſui. Sic v. 15. pro Μυσικῆς ἰαίσεως, ἰπιτρίπω reposui ſententia manifeſtè hoc expoſcente. Similiter v. 16. pro ἰπιτρέπως, ἐν ἰπιτρέποις vel ἰπιτρεπίας disjunctim ſcripſi.

Pag. 109. v. 1. τῶν πανδεσμῶν leg. Quod autem hic narrat Iamblichus, meminerunt etiam Sopatri vel Marcellini in Hermogenem olim an. 1509. ab Aldo editæ commentaria (quæ mei juris facta ſunt ex Erasmi bibliotheca cum nonnullis aliis.) Pag. 338. Quod mihi indicavit vir doctiſſ. & clariſſimus Theod. Canterus Ultrajectinus, amicus meus.

v. ult. ἐμοὶ λέγειν ἰπιτρέπω ἐμαυτῷ etc. Sententia illa mihi ſuſpecta eſt, & à me, ut ingenuè fatear non ſatis intellecta. Nõdum enim ſcio, quomodo ſuperioribus conveniant, Pythagoram ad corvos relegatum. Itaque verborum ductum ſecutus reddidi, quod potui.

Pag. 110 v. 13. Nonnullis ἄχου λόγις, legebatur in noſtro manuſcripto. Sed portenta verborum correxi ex Homeri ὄθνεϊ. δ. uti edita ſunt.

Pag. 111. v. 14. ἰπαθὴς quod legebatur, mutavi in ἰπωδὴς, neceſſariò ut exiſtimò. & mox.

v. 27. καθυπτικὴν σοφίαν quod verti eruditricem diſciplinam, in eruditricõ veleruditem ſapientiam mutandum eſt.

Pag. 112. v. 5. δόκησας ἴχειν mutavi in ἰχ. Porro quæ hic à Iamblicho narrantur, pulchertimè etiam Macrobius expreſſit lib. 2. cap. 1. in ſomnium Scipionis. & meminit eorum Plutarch. in lib. de Muſica.

v. 10. ἐκείνων ὠδίων pro quo ἐκείθεν ὠδίνων non malè puto me ſubſtituiſſe.

v. 16. & 26. pro ἐκείνοις, ἐκείνων ubique legendum ſtatuo. ἐκεῖνο enim verbum aliud ſignificat.

v. 1 διαυτοδάκτους leg. ſuſpicor. Nam quod in textu eſt, nullum locum habere poteſt.

v. 24. ὄγκων ὠφελῶν lego. Sic v. 30. fortè καὶ ταῦτα ἰπαύξοντα rectius.

Pag. 113. v. 1. διὰ μονάδος disjunctim lego. & v. 14. pro ἐπαλλαξ, ἐναλλὰξ magis placuit.

Pag. 114. v. 17. Aſtericus mendum indicat. Nec eſt integrum illud ἐπιπόνῳ. putavi aliquando, cùm exſcriberem hunc authorem ἐπὶ οὐρῷ legendum eſſe: verùm nunc mutata ſententia ἐπὶ ὀγδόῳ ſcrib. cenſeo. quod poſtea aliquoties ſequitur.

v. 23. ἐμβάλλειν καὶ ἐπιτρέπειν ſtatuo legend. vel ἐμβαλλόντων καὶ ἐπιτρέπτων.

Pag. 115. v. 4. τοῦτο ἀναλόγως τῷ Ε. διαμένειν ſcribendum judico.

v. 8. τῷ δὲ τόπῳ, non τοῦ τόπου lego.

Pag. 116. v. 7. ἐξ ἀσαφοῦς legebatur, quod indicare volui, ſi fortè cui minus placeat quod in textu poſitum eſt, ἐξ. Nam mihi hæc planè viſa ſunt eſſe ænigmata.

Pag. 117. v. 20. τοῦτο ἀλλ' fortè, ut referatur ad ſubſtantivum τόνος.

Pag. 118. v. 15. Quid ſi pro ἐρωτᾷς, λοιπὸν legas? v. 29. ἐναρμονίους mendoſum eſt, pro eo ego ſubſtituendum puto ἐναρμονίῳ.

Pag. 119. v. 9. Illa verba, ἐν μετρικῇ ἀκριβείᾳ μὴ, mihi ſuſpecta ſunt. Omnino puto ſcribæ vitio bis poſita non neceſſario. Quare ut redundantia expungenda eſſe judico.

v. 17. Tres dictiones videntur ceciuisse. Itaque lego καὶ μυῆμα πουτα, & non malè me sensum expressisse autumo.

v. 22, πλευτηκὸν legebatur, augmento perperam avulso. Sic v. 24. pro καταδοξέος intrepidè καταδοξέως lego.

Pag. 120. v. 27. καθυπνοῦσθαι legebatur in nostro exempl. manuscripto quod in margine mutavi simul & interpretatus sum. & v. penult. ἐς πολλὰ, mutavi non malè in ἄπορα.

Pag. 121. v. 20. Mendum quod ibi subesse stellula notavi, sic tollo, ἅτε λέγων ὅτι τὰς &c. idq; tantisper, donec ab alio quid melius fuerit productum. Similes sunt per omnem modum Ibyci grues, de quibus est apud Plutarch. in libro de sera numinis vindicta, & Erasm. in proverb. Chiliad.

v. ult. Φιλίου. Cicero lib. 3. offic. & Val. Max. lib. 4. cap. 7. ut & alii illum Pythiam nominant, quem noster hic semper Φιλίαν. qui rectius judicent docti. vide infrà p. 197. ad v. 11.

Pa. 122. v. 5. pro ἄκρον, ἀκρίδι vel ἀκρίδι legerẽ.


Pag. 123. v. 10. vel ἀν' ἑαυτὸ - vel ἐπ' ἐαυτὸ. leg. potiùs censeo.

v. 22. asteriscus mendum arguit. Quod tollatur, si una dictione Ἐμπεδοκλῆς legatur. Fortè fuit aliquis Pythagoreus Epithocles, de quo tamen nihildum reperi. vel ἐπὶ Διοκλέους, cujus Iamblichus in fine meminit, scribendum. Vel denique Ἐμπεδοκλέους potius, sicuti & convertere malui, ut ejus celeberrimam scholam innuat. judicium sit penes lectorem.

v. ult. καὶ τοῦτο ἀντίμετρος ἐστι puto redundare, & oscitantiæ scribæ bis posita. Quid si autem pro ἐστι omnibus legatur καὶ τὸ ἀνὰ τὸν ἀριθμὸν τὸ ἴσον ἐστὶ? in manuscripto tamen pro ἴσον, quod ratione ἀντίστροφος posui, ἰσχὺν aliquis perperam scriptum erat.

Pag. 124. v. 3. asteriscum posui, ut indicarem mihi ipsi à me minimè satisfactum in versione. Vtque bona aliqua obstetrix & hæc & cætera à me edita, ceu præstantem aliquem fœtum à sordibus abluat & emundet.

v. 9. Hic adjecta erat hæc figura.



v. 12. Platonis illa sententia à Iamblicho citata jacet in Timæo sub fine.

τὸ τετραγώνου ἀπὸ διαμέτρου. fortè τετραγώνου. dicere voluit.

v. 19. καὶ τὸ σύνολον legebatur in nostro manuscr.

Pag. 125. v. 5. Locum illum valdè mutilum ex sequentibus sic restituo. πρὸς Θαλῆν γὰρ τὸν Βροῦτον, ut Suidas habet, vel Βρούτιον, ut scribit Diog. Laert.

v. 12. πρὸς Θαλῆν τὸν Πυθαγόρου διαφοράν. plenè leg. suspicor. Confirmant conjecturam meam sequentia.

v. 22. pro πρὸ γοῦν, omninò πρόγονον scribend. statuo.

v. 25. ἐξήνεγκεν scrib. duco.

Pag. 126. v. penult. Νέσσος scribendum. Illyriæ enim fluvius est hoc nomine, uti Stephanus, Plinius, Mela illum vocarunt.

Pag. 127. v. 29. ἀπαθυμοῦσι mihi vitiosum videtur. Fortasse ἀπαθυμοῦσι legetur rectius, aut nescio quid veliti. Idcoque non verti.

v. 30. τῶν ἐπιόντων fortè scripsit Iamblichus, nisi quis ad reliquos omnes potius volet restringere.

Pag. 128. v. 15. ἑνὸς legebatur in libro scripto, quod in ἑνὸς mutavi. Sic paulò antè ἀλλεξανδρίνους. Quod verò statim de puteo, undeterræmotus à Pythagora prædictus sit, sequitur, id etiam à Plin. lib. 2. cap. 79. annotatum.

v. 28. ἅπαντα δὲ τὰ κατὰ τὰ πρόσθιον &c. usque ad ταῦτα δὲ ἐ φάσκων v. 20. pag. sequentis, etiam habentur suprà pag. 89. v. 5. & deinceps.

Pag. 129. v. 5. suprà p. 89. v. 16. rectius legitur ἦθον, καὶ ὁμιλίαν.

v. 21. ἀκουστικὸν puto non esse genuinum. quis enim Deum audientem auditumque non malè λαλοῦντα legetur. Loquentes namque audimus. Et sic in versione pro *auditumque loquentem* substituemus.

v. 25. Illud ἐμμανείας petridiculum mihi videtur. Quid enim sibi vult interpretatio interpretationis? nugale. Itaque audacter pro eo ὁμιλίας lego, ut & converti.

v. 27. Asteriscum posui, quod mendo locum non putem vacare. Etsi autem pro ἀξίωνα, ἀξιόπιστα quis legat, uti quoque convertit: tamen locus perobscurus manet, & ut ingenuè fatear, non param me torsi, ita ut mihi ipse satisfacere non potuerim. Suspecta itidem sunt quæ sequuntur, τοῖς δὲ τὰ θεῖα θαυμαστὰ τούτου. Nam etsi ita mutes, ut coalescant tres dictiones in unam τοῦτον, vel potiùs τοῦτο, nihilominus tamen non prorsus verus, nec obscuritatem fustuleris. Ignoscant igitur lectores, si verti, quod

potui, simulque quod convenire judicavi.

v.30. τὸ λοιπὸν γράμμα τῶν, mihi quoq; integrũ nõ est. Levi mutatione judicarem ἀπὸ τῶν γραμμάτων, quod in versione expressi, cõmodè scribendũ.


Pag.130.v.5. Proconnesii per duplex ν scribi debet. Meminit ejus A. Gell. lib. 9. cap. 4.

Pag.132.v.12. pro πολίτην, πολίτου, rectè legi posse statuo. Sic quoque mox v.14. Κουκουνίης cùm ες leg. in penultimo, teste Stephano.

v.19. Locus mihi suspectus est. Puto, scribendum ὃν πεπλυσμένος ἦν. Nam quorsum aliqui profectus est ad funus curandum? Nisi de μετεμψυχώσει loquens, intelligat cùm Midas fuisset, ideò eò profectum, ut illius sepulchrum viseret, & funus curaret.

Pag.133.v.8. numeris devinctum carmen esse, res ipsa loquitur.

Et hic talis erat figura:




v.14. ἐπεκτήτο una dictione scribe.

Pag.134.v.12. καὶ ὃς, ὑφηγεῖτο lego, non, ὡς. Lacunam sequenti stellula signatam replere non potui, ne conjectura quidem, quod alius exemplaris ope ac subsidio essem destitutus.

v.21. κατεμυήθη scribendum, & mox v. seq. ἐκτὸς ἔτι legebatur, quod quidem in vertendo sum secutus, sed ἔτι reposui, & sic vertendum fuerit, si verè quidem sit &c.

Pag.135.v.7. Βετάλλη lego. Hic in margine hæc erat ἀναγραφὴ & figura:



v.12. ἐφ' ἑαυτὸν ὁ τρίγωνος, mihi voces sunt, legendum suspicor ἐφ' ἑαυτὸν ὁ τρίγωνος γραμμή.

v.16. λίθοι γράφονται scribe.

v.18. ἐγγενὲς hic putarem leg. nihili enim commune est iræ cum sacris. Interea locus manet obscurus. unde factum, quod non verterim, & mox. v.20. μιλάδων lego.

Pag.136.v.20. σωτηλαγμένον leg. suspicor.

v.26. καὶ τὰ ἄλλα δὲ δόγματα suspectum est. quid si verò ἄλλα διδάγματα scribere tur?

v.28. Asteriscus otiosus est. Nam cùm antè in manuscripto esset στιγμὴ, ut mendosum mutavi, & in textu posui, quod legendum videbatur.

v.31. pro Εὐφορβίου, suprà p.130.v.14. ubi eadem fabula commemoratur, atque Εὔφορβος vocatur, Εὔφορβος scribendum.

Pag.137.v.11. pro ἀπὸ λαλῆς, puto ἄν τι λαλῆς scribendum. facilè enim per imperitum scribam tres dictiones in unam potuerunt coaluisse. Et hoc suprà habetur, pag.130.v.22.

v.16. ἀνθίσεις &c. Horum suprà quoque meminit p.100.v.14. quòd illud ἀνθέσεις vitiosum esse stellula notavit. Legi & vetitum ἀπὸ λαλῆς maritis. Sed illud ut poëticum nunc repudio & μαθητοῖς legendum duco.

v.17. πλέθρους perperam, opinor, scriptum est, & pro eo, πλαθάνου leg.

Pag.138.v.9. σαυρίδιον habes noster liber. manuscriptus, quod mutandum erit vel in Κεφάλαιον, ut scriptum est. vel σαύρα σαύρα legi idem videtur referri, sed suppressio, qui hæc fecit, nomine, suprà pag.135.v.25. Sic quod hîc ἡ τοῦ ἀριθμοῦ φύσις perperam scriptum erat, ex eodem illo loco κρίσις, & τοῦ ἀριθμοῦ leg. judico. & quod præcedit ὁμοίως, ubi & ante p.138.v.20.

v.19. In libro manuscripto legitur, quem admodũ & in hujus cap.29.p.147.v.19. item, quod quia in aureis Pythag. carminibus Νεὶ μὴ legitur, sic vetum fuit mutandum. quamquam utrumque posset subsistere.

v.31. τοῖς θείοις legendum suspicor.

Pag.139.v.5. ἐμὲ mutavi audaciùs in ἄλλο, vitium scilicet ex vitiosa pronuntiatione natum.

v.18. χαλκίδων legitur quidem constanter uti & converti sed non dubito quin legendum sit χαλδαίων uti infrà p.144.v.20. nolui tamen contextui inferre, antequam ea perlegerim omnia hæc mea cruditis & doctis. Nam nihil habent opinor commune Chalcidenses cum Ægyptiis & magis.

v.13. vocabulum τιλευτῆς mihi itidem suspectum est, etsi in versione retinuerim. Non enim memini me legere aliquid de morte, quæ in

ja Eleusine contigit, & nescio quid ex ea potuerit disci ab homine sapiente. Itaq; elisa ν, quæ temerè irrepsit, πολυτὶς ut & paullò antè puto scribendum. Nam pervulgata sunt hæc sana, quę Eleusine regionis Atticæ oppido in honorem Cereris & Proserpinæ instituta erant, & alio nomine θεσμοφόρια vocabantur. Illorum meminit præ cæteris Pausan. in Phocicis.

v. 14. Similiter & illud ἰ βέρι mihi suspectū est. quanquam non habeam aliud, quod magis germanum illi substituam. Invenit em fortè aliud, ut ἀπόρρητ, vel simile: sed quid hoc me juvaret? Itaque quia non possum aliter, malo errorem indicare, quàm tollere. Sic mox lego κλεπὸς τε καὶ &c.

v. 27. ἀφροδίτῃ δὲ πθαγόρᾳ ξυνὴ, ὕπνῳ est, lego δὲ δεῖ θυάζειν. uti mox pag. seq. v. 1. δεῖν θυάζειν itidem legend. etsi ἀναλογικῶς ita posset dici, cùm inde videatur θυσιαστὴς venisse.

Pag. 140. v. 9. Πυῤῥὸν ruffum converti, fortè rectiùs fulvam & ignem colorem referentem dixissem. Sic v. 11. τὰς διαφορὰς, vel animum, vel sensum communem rectiùs forsan reddidero.

Pag. 141. v. 9 κρίνασθαι legeb. in nostro manu descripto.

v. 23. Adscisetis notare volui locum mutilum esse, quémque ut ingenuè fatear, nondum intelligo. verùm ut chironium hulcus sanare non potui, ita spero Chironem aliquem fore, qui sit sanaturus. Cōverti ut potui, nō satis intellecta. Quæ itidem sequuntur de prima substantia animæ obscura itidem visa, & ut parum bene intellecta parum bene reddidi, sic boni consulendum non expendum ἐὰν μὲ θέλῃς.

Pag. 143. v. 18. πᾶσι πάσιν legebatur, quod putasi in πάσεσιν mutandum referent ad substantivum ἐν ἀνάγκαις, &c.

Pag. 144. v. 16. καὶ μᾶλλον vel ἐκὶ μᾶλλον suspicor legi.

v. 20. pro ἀναφαίρυζ & v. seq. φυσὶ, non dubitavi scribere ἀναφὶρ. ἀναφαὶ, &c. v. 22. pro φυσὶ, φυσὶ.

Pag. 145. v. 22. πάντα σχεσιαρχίαν ὑπὸ τῶν ἐκεῖ opinor me mutasse.

Pag. 146. v. 5. ἂν τοῦ ὀνόματος πλάθοιτο, legi id est, vocabulū vel vox, locus obscurus. & v. 10. ἀπὸ τῶν ἐκεῖ verè in excussum, quod sensum quidem rectè, sed parum latinè, quod impudenter excidit. Itaque malim, quod non antè esset diligentiùs mecum perscrutatus, pro eo posuisse.

v. 16. καὶ ἀλλ' ἀκριβῶς βραχυτάτων, in nostro manusc. omninò perperam opinor legebatur, quod ita, ut expressum est, mutavi, facile enim talis vocum transpositio per scriptoris incuriam vel oscitantiam fieri potuit.

v. 20. χειροχέρων, ita eleganter sermones vocat Iamblich. qui veluti manibus fiant utiles sunt, haud absimiliter ac Iul. Pollux lib. 2. Hipponactem χειρόχηλον dicit, quod altera manu mutilus esset, & aliàs Græcis χειρόκωλος & χειροπήχης &c. dicuntur.

v. 21. Illud πόπλῳ hìc planè mendosum est. putavi aliquando πόλῳ vel πυλίῳ legendum esse: fortasse rectiùs πωλίῳ quis legat. quanquam ne sic quidem persanatus est locus, quem quia non intellexi, etiam vertere nolui, magnum spicilegium veris Aristarchis relicturus.

v. 27. πωλοῦντι ἐμπίπτων legebatur. quod aliquoties, ut & hìc candidè annotare volui, ut si quis ex priscis vestigiis scripturarum nobis certiores lectiones effingere posset, eas ut proferat.

Pag. 147. v. 5. ἀπιφυλάτης vel ἀπιφολάτης, ἀσώτου, nihil esse vocabula suspicor. Itaque lego, ἃ πάλιν ἀπὶ φυλάσσῃ, ἀσίτου &c. Sic ἀπομάτη, ἃ ἰδίως lego, quod statim sequitur κάπιλάτου non intelligo. in vertendo sum utcumque secutus corruptam lectionem, quod tamen nullo modo probo. fortè νέου πατρικίου ut portium illius urbis Italiæ innuat legendum. Sic ἢ τὸ ἀληθεύσαμένου οὐ πᾶ planè suspicor leg.

v. 30. Illis notis [ ] inclusa etiam infrà habentur cap. 34. hoc eodem libro pag. 204. v. 10.

Pag. 148. πάντων pro πάσων legendum esse, ipsa sententia evincit. Licet possit, ubi hæc repetita sunt, idem sit error.

v. 7. μισοφιλόσοφον legendum esse, extra controversiam est. Cibi enim propriè dicuntur πεσοφάγιοι, non πεσφάγ. sicut pag. 130. v. 18.

Pag. 149. v. 30. ἐπιμέρους & hìc leg. censeo.

Pag. 150. v. 6. πάλιν quod prius legebatur in πάντως mutavi, cùm manifestè ad Italiā referatur. Sic v. 26. pro μοῦσαν, ἡσυχῶ substituendum puto.

Pag. 151. v. 22. lege κλεόντων. Sic & v. 25. πωλοῦσι δὲ ἀμαυρὸν. non est ut hìc legitur. Sic quoque v. 30. pro ἄλλως, ὅλως leg. putarem. Quanquam id totum valdè involutum & obscurum est.

Pag. 152. v. 8. Cum sequentibus, oratio in

Græcanicis involuta & obscurior quàm par est, effecit, ut in Latinis non potuerit esse dilucidior & apertior, præsertim cùm malis mederi non quiverim.

v. 28. Hoc dictum aliter refertur ab aliis.

v. ult. ἀνδρεκῷ βίῳ mihi suspectum est. Quid enim virilis vita commune habet cum temperantiâ? & an non illa ætas maximè quàm óbnoxia est gravibus vitiis? Itaque pro ἀνδρεκῷ mallem σώφρονι. Iustitiæ enim temperantia, & hujus illa comes est, idque in omni ætate.

Pag. 154. v. 17. Qui hîc Timaratus, suprà p. 123. v. 17. Timares, & qui hîc mox Ἐλιπέων, eadem p. v. 24. Ἐλιπέων scribitur. Vtrum alteri præferendum sit mihi incertum. Hoc solùm constat at Timarem & Helicaonem posteà inveniri in Catalogo Pythag.

v. 10. νοσήσαντι perperam in nostro Manus. habebatur. & quod de Heraclito sequitur valdè perturbatum est.

Pag. 155. v. 7. pro πείσας, πείσας legend. censeo: & v. seq. Τρέλλιοι, vel Τρέλλες καὶ ἄλλοι πολλοὶ existimo leg.

v. 23. Tota illa periodus, cujus initium est, ὁ χῆρος δὲ valdè cõfusè & perturbatè scripta erat in nostro codice. atq; ita quoq; factũ, ut confuse à nobis sit reddita, & pene nõ intellecta. Sic igitur interstinguo Græca. Θεὸν, ὡς ἐγὼ τὸ, τῷ πρὸς τὸ ἀνθρώπινον γένος ὕστατος ἐχθρὸς ἐπιβλέπων, ἐμὲ δὲ λυπεῖν αὐτῷ, &c. ut hic germanus sit sensus: Nõ nocebit verò etiã sigillatim adjecisse, quo modo de Deo cogitandum esse definierit, nimirum Deum esse, atq; ita erga humanum genus affectum, ut res mortalium intueatur, easque curet. Atque hoc Pythagorici perutile esse putabant, quod ab illo didicerat. Sic que plana erit ex verbis ipsis sumpta sententia.

Pag. 156. v. 4. ὑβριστοῦ, quod erat in manus. mutandum fuisse in ὑβριστικὸν, quod posui in textu, puer etiam videat.

v. 26. ἀναρχίας. Ἀναρχία est, ubi nullus est magistratus, vel etiam nulla illius reverentia. Vide de hac Plat. νόμ. ι. ſ. statim in principio. In v. ult. ναυτοδίκας legebatur, quod non dubitavi in νομοτοδίκας mutare.

Pag. 157. v. 12. ἐπὶ τῷ in ἐπὶ τὸν mutandum statuo, ut accusativus referatur ad infinitivum ἀναῦν, quod est, v. 20.

v. 20. Responsum illud Pythagoræ priùs mihi suspectum est: vel saltem ita intricatum, ut non satis sim assecutus, quid hæc sibi velint. Vnde non mirum versionem nostram quoque intricatam esse.

Pag. 158. v. 1. pro ἐχωήσατα, ἐχωρήσατα scribendum esse, nemini puto dubium fore. Interea non me extrico ex obscuritate, quæ loco inhæret.

v. 5. ὡς ἔστο, muto in, ὃν ἔστο.

v. 18. ἀπεμπολήσει leg. censeo. Porrò quæ sequuntur v. 25. asteriscо notavi, quod commodum ex illis sensum elicere non potuerim.

v. 34. pro ἀναστλλων, ἀναστλλων legebatur.

Pag. 159. v. 16. ἔχῃ legebatur. Verùm ego referens ad præcedens ὅτι ἔχει lego.

Pag. 160. v. 5. τῶ πατρὸς gignendi casus in dandi mutandos & τῷ πατρὶ leg. puto.

v. 9. ἔκρυπτε posui pro ἔκρυπτε, quod erat in manus. interea totus ille locus non omninò emaculatur hac ratione.

v. 25. pro καρῶν, καίρων, & pro Δελφῶν v. 27. Δελφοὶ fortè rectiùs legas.

Pag. 161. v. 2. συμπαρέπεσε videtur potiùs scribendum. & v. 6. ἀποφαίνετο scriptum erat. Sententia illa tamen implicita & obscura nihilominus manet.

v. 15. Locus mendosus, & qui me non parùm torsit, δυσὶ σοφίαις nihili vocabulum est. Quid si pro illo δυσὶ σοφίαις, vel potius δυσὶ σοφίαις legas? Sic mox v. 32. ἀκουσίας ἀναφέρειν scribendum videtur. Locus mihi nõ parũ negotii exhibuit.

Pag. 162. v. 15. pro παρέχεται lego παρέχεται.

v. 15. φερεκύδην τὸν Σύριον. Sic semper cum hic noster, sic Diog. Laërt. lib. 1. Sic Plin. lib. 7. cap. 51. Apulcius lib. 2. Florid. in fine. Ælianus Var. hist. lib. 4. cap. penult. vocant. Solus Cicero lib. 1. Tuscul. Quæst. Syrium vocavit.

v. 21. φθεγξάμενοι leg. Historiæ meminerunt autores modò nominati, & pro παρεμένοντο, quod in contextu posui, παρεμάνοντο legeb. & pro ἀπεκαλῦπτο, itidem ἀπεκαλύπτετο scriptum erat.

v. 28. συνθήκας. Iamblichus eadẽ analogia & modo format, ac ὑπαγωγὰς jussa & præceptiones vocant Græci.

Pag. 163. v. 1. Qui hîc constanter Εὐξάμενος scribitur. posteà in Catalogo Pythagoreorum Εὐξάμενος legitur scriptus.

v. 30. Etsi hæc ita scripta essent in nostro manus. ut contigua essent quæ de Lysidе commemorata sunt, cum abstinentia τῶν ἐμψύχων, atqueita etiam contrariorum: tamen non conjungenda

jungenda esse suspicor. Itaque ut non pertinentia ad orationem Eurythemi, sic lego, ut plenam ὑπόθεσιν ponam post ὑγιαθείας. καὶ τὸ ἀμφύχων δὲ ἀπέχεσθαι &c. eamque germanam esse lectionem puto. Ideoque sic essent Latina legenda: exploratio. Atque ab animalibus, quæ vita prædita sunt, atque aliis multis abstinendum esse leges tulit &c.

V. ult. ἐμψυχοστοιεῖσθαι vel ἐμψυχοποιεῖσθαι legend. censeo. Itidem pag. seq. v. 1. παρὰ φύσιν non ἀεὶ ut suprà pag. 152. v. 25. παρὰ τὸ δίκαιον leg. monuimus. Similiter perperam p. 164. v. 4. χωρεῖν legeb.

Pag. 165. v. 7. ἐπήρειαν &c. Illa periodus non omninò mihi menda vacare videtur, quam tamen sanare non potui. Latinam reddidi, prout putabam convenire. vide suprà pag. 74. & quæ ad eam annotavimus.

v. 15. ἀκρισίᾳ, necessariò τῇ ἰμῇ, mutanda fuit in ἀσκίᾳ ut suprà p. 74. v. 25. ubi hæc eadem tractantur.

v. ult. φαῦλος ἂν in φαυλίᾳ, ὃς πάσῃ ποιᾷ συμφορᾷ ἀνιᾶται καὶ ἀδηδὼς vel ὠμῶς leg. existimo.

pag. 166. λόχον pro λόχον scribe.

v. 15. δὲ φάσις nihil significat. Fortè non malè scribetur εἰ δὲ φαντασίᾳ χαλεπὴ, uti & convertì.

v. 28. καὶ ὅτι leg. puto.

pag. 167. v. 6. βαρυνόμενοι, & v. seq. συναχθόμενος leg. censeo.

Pag. 168. v. 15. ἴγνυσθαι vitiosè legebatur, quod confidenter id ἴγνυσθαι mutandum putavi.

v. 29. ἐγὼ δ' ἂν ἐκ τοιαύτης &c. valdè perturbatè illa erant scripta. Itaque responsum illud Milliæ perperam quoque editum nimia properatione. Id ita ergò corrigo, Ego verò ne hujus tibi causam exponam, fabas potiùs conculcare elegero.

Pag. 169. v. 3. καὶ ἴγνυσθαι vel καὶ ἴστ' ἴγνυσθαι leg. suspicor, pro illo ἐσοῦσθαι.

v. 6. Omninò συμπλοκὰς leg. judico. Quod hîc noster de Timycha tradit, idem ab Anaxarcho quoque factum tradit Cicero lib. 2. Tuscul. quæst. & Val. Max. lib. 3. cap. 3. Itemque Diog. Laërt. in vita Anaxarchi.

v. 15. ἀναπλάττειν legere mallem.

v. 26. pro ἀθῆναι, etsi hoc in versione expressérim, præstat fortasse scribere ἀθέτως, quod irritum & illegitimum significat. Quamquam hîc manibus in margine repererim annotata, quæ veterem lectionem confirmare videantur, quæ tamen in contextum non putavi referenda. Erant autem hæc. τοὺς γὰρ μνησικάκους συνοικεῖν μᾶλλον ἢ τοὺς πολλαχοῦ ἀδικοῦντας. Quæ qualiacumque sunt lectorem non volui celare.

pag. 170. v. 4. ἀρχαίτερον quod legebatur, mihi quidè visum fuit in ἀρχαιότερον mutandum, sed tamen si ab eruditis rejectū fuerit meliori prolato, sanè hoc utroq; quod ajunt, pollice laudabo.

pag. 171. v. 8. Μεσσηνίους per σσ. scrib. Sic pag. præc. v. 28. ἐ γὰς quod erat in manus. in ἐγὰς vel ἐδὰς mutandum fuit. ad eundem modum, quod seq. v. 2. erat χεμάῤῥῳ, in pluralem χεμάῤῥοις necessariò mutavi. Sic v. 10. ἐ ἀεὶ legeb.

v. 17. ὅτι αὐλὰς ἀρχαίας, perperam legeb. accusandi casu. Quod hîc Archytæ tribuitur ab nostro, idē Diog. Laërt. & alii etiā Platoni tribuūt.

Pag. 172. v. 1. ἀναπλάττειν περὶ ἀνθρώπων omninò leg. puto, Nam illud ἀναλαλεῖν hîc planè nihil significat. v. 6, etiam perperam ἀλίγων legebatur.

v. 28. τὸ γὰρ κακῶς. Illud falsum est. Namvulgò nec judicium adest, nec ratio. Itaque & malè suspicatur & sentit. Rectiùs ergò illius contrarium καλῶς legend. Benè enim sentire & judicare, paucis datum.

Pag. 178. v. 12. Asteriscum ibi olim defectus indiciū posui. Nam post βέλτιον putabam ἀφροσύνης, vel simile quid abesse, ut sententia foret plena: sed etsi restringi ad illa, quæ habētur suprà v. 5. ἀτοπώτατα καὶ γελοιῶν, posse videantur: tamen adhuc in priori sententia permaneo. Interea verissimum est, quod de adolescentia hîc dicitur. Quippè in istar sentinæ est, in quam omnium ferè ætatum sordes confluunt. Unde sanctè Socrat. apud Plato. in Euthyphr: ἐγὼ γὰρ, inquit, ἐγὼ τοῦτον μέγιστον ἐπιστάμην, ὅπως ἐγώγε ὁπόσοι ἄρχουσι. ὥσπερ γὰρ ἀγαθοὶ τῶν φυτῶν ἄκρος μέγιστον ἐπιστάμενος, ἐπὶ δὲ τοῦτο καὶ τἄλλα. &c.

v. 15. pro ἀνδεσάδα, ἀνδεσάδη mallem.

Pag. 175. v. 29. ἀθῶν, etsi in versione retinuerim, tamen mihi meritò suspectum fuit. putavi aliquandò ἀθῶν, at nunc ἐτῶν legendum judicarem, nihilum ut accipiatur pro ἀλικιῶν, vel ὡρῶν.

pag. 176. v. 28. Illud παρεισούσης nihili vocabulum est. Itaque putavi aliquandò, ut quàm minimum recederem à vestigiis scripturæ, παρουσίας leg. sed dubito, an non potiùs πανούργου legendum sit, ut πλεονάσας ἀνθρώπου. Quanquā quia πανούργου adest ἀπανθρώπου, non malè quadrabit.

si πλεράσι etiam παρουσία adsit. Sicque vertendum esset, vel præsentiæ quorundam, quæ &c. Sic v. 30. pro ἀκρατέστατος, itidem ἧττον ἀκρατέστατος lege.

pag. 177. v. 15. ὧδε ἐχεῖ hîc legeb. pro quo necessariò ὧδε ἐχέτω ponēdum esse sum arbitratus. facile enim scriptore oscitante & imperito syllaba τω omitti potuit.

v. 17. pro οἰκείστατος, οἰκειότατος legendum esse, nemini planè dubium esse poterit.

pag. 178. v. 22. pro μανικόν, vide lector, an non potius μανικὸν τι legend. sit, sicuti mox v. 31. eo vocabulo utitur. In versione vulgatam lectionem, etsi illa minus placeret, secutus sū, quod temerè nō putem quidquam mutandum.

v. 31. ἀ ἀφορισμὸς numero multitudinis fortè legere præstat, ut sequentibus respondeat.

pag. 179. v. 5. pro πόνοις, in manuſ. legeb. τόποις, quod ita mutandū censui. Sic γ. seq. exmala pronūciatione γ itioſè scriptū erat, ἐπιθύμιαν.

v. 12. προφύσεις, & Græcè posui, & Latinè bonum reddit. puto namque illo significari eam præstantiam, quæ in progenerationē, ut in seminibus & plantis, ab prima bonitate nequaquam degeneret.

v. 18. γίνεται in manuſ. legebatur, quod in subiunct. mutandum censui.

Pag. 180. v. 10. Planior, meo judicio, sententia foret, si legeretur. κωλύει τὸ εἶναι καὶ σύμφυτον. Talibus enim flagitiis impedimenta mollia ceu repagula objici, bonum atq; utile est. Vulgatam porrò lectionem aliter convertere non potui, si ea tibi magis placeat.

v. 21. πρόνοια μὲν. Cum hîsce præceptionibus, quas Pythagoras suis valde salutariter proposuit de conjugio, liberorum procreatione, eorundémque educatione, idque omninò cum probro & dedecore plerorumque Christianorum, planè conveniunt cum iis, quæ divinitus disseruntur apud Platonem in fine dial. 6. & 7. de legibus.

v. 28. δεδιωκότως, quod numero multitudinis in Manuſ. legebatur, in singulare δεδιωκότι, abscissa scilicet ν quæ per oram adjecta erat, mutavi, ut cohæreret cum participio ζῶντι, quod sequitur.

v. 32. pro σωματικῶν, σωμάτων præferrem. Nam etsi quæ Grammaticis κτητικὰ vel possessiva vocantur, sæpè pro suis πρωτοτύποις & primitivis usurpetur, ut pro κόσμος κόσμου, & pro ἄνθρωπος ἀνθρώπου, & cætera id genus: nescio tamen an, quod poeticè licuit, etiam apud oratores & Philosophos sine substantivo aliquo positum reperiatur.

pag. 181. v. 1. pro ἴσον, quod in nostro legebatur, non dubitavi ἐστὶν substituere, sicuti & mox v. 5. legitur.

v. 9. σύνθετον compositum pro simplici ἁπλοῦν legendum judico. nisi quis, pro essentia, vel, ut sic dicam, exsistentia accipere malit.

v. 18. γίνεται pro indicativo modo, ὑπὸ τοιαύτων γίνεται scribi mallem.

pag. 184. v. 1. Illud εἰ θεῖος suspectum habeo. Legendum autem videtur εἰθεῖος, ut & converti. Sic v. 5. ἐκκαιδεκάλογα τῶν Πυθαγορείων addito articulo legend. puto.

v. 10. εἰς ἃ οὐκ ἂν ἔστιν, si mendosa non sunt, mihi obscura sunt visa.

v. 18. ἅσας γε περὶ αὐτὸν, forte ἅσας καὶ αὐτὸν ἐθαύμαζεν, ὡς ἂν θεὸν ὑπερφυῆ. rectius legetur. Alioqui non dissimulo, me hîc non parvam lacunam repperisse, & eam explere hactenus nō potuisse. erit spero aliquis feliciori nobis sydere natus, qui hoc poterit, si nostra conjectura improbetur.

v. 26. pro ἀπολλύουσι, ἀπολλύουσι per ε ψιλὸν in medio scrib. ramo. & pro λοιμοῖς φθοραῖς, quod prius erat, intrepidè φαρμακίαις textu ponere non dubitavi. contagia enim pestilentiæ quæ φαρμακίαι, & fructuū corruptiones quæ φθοραὶ, timentur.

pag. 185. v. 1. pro ἀνεχόμενον, quod perperam leg. in nostro manuſ. ἀνεχόν, legend. est enim ab ἀνεχυσίαν them.

v. 5. αὐτοὶ ἐσμὲν pulchrè & eleganter hoc Iamblichus Homerum imitatus, dixit. Sic Terent. quoque in Phormione Act. 3. Scen. 2. non veritus est dicere, ad imitationem Græcorū, ne quid sinat suo capiti. Vide in χιλιάς Erasmi παροιμία capiti ne quid sinas sup. Et Pers. Nasin. σπουδαῖ, lib. 2. Misc. 19.

v. 6. Μόριμος, id est, μεριμνητικὸς, ἀλλοιμος, ἐπιθάνατος ut Hesych. interpretatur, vel μάχης ἐπιπόλαιος, ἢ, θνητὸς, ut scholiastes Homeri, quem & hîc Iamblichus secutus est: Sic enim Ἰλιάδ. χ. in principio statim Apollo fingitur Achillem alloqui,

ἐκ δέ μοι ἐλπωρὴ μεγάθυμε μόρσιμος ἔπλευ.

v. 19. καὶ ἄλλο pro καθ' omnia legendum videtur.

v. ult. Quod Pythagoras dixit, θεὸν ἀκίνητον ἔνια κινεῖν, id imitatus videtur Plato, cùm aliàs sæpè, tum de eo gravissimè disserens in fine lib. 2. νόμων, & in epinom. Interea immeritò Homerum

Homerum taxat, qui dixerit Ιλιάδ. δ. Deum esse ταμίαν ἀγαθῶν κακῶν τε. & Ιλιάδ. υ. δύο δ' οὐδοὶ πίθοι positos esse ἐν Διὸς οὐδει, qui pleni bonis & malis, illa hominibus, prout volet, distribuat. Nam aliena non sunt ab eo, quod dixit sacer quidam vates, οὐκ ἔστιν κακία ἐν πόλει, ἣν κύριος θεὸς ἐποίησεν.

Pag. 186. v. 14. Quod hîc Iamblichus ἔξω περιόντος dicit, alii περιφερικὸν vocant, quod nōdum videtur quoque agnovisse hic noster. Homerus Ιλιάδ. π. & aliâs περίφρις ἡρακλῆος μένος dixit. Porrò rectè Pythagoras distinxit εὐθὰ δίστον & περιφερικὸν λόγον quia potest in animo concipi oratio, quæ non proferatur: & contra alia proferri temerè, quæ in animo concepta non sit.

v. 26. & 30. ἡμερωθῆναι exaratum in manus. nemo non videt mendum ex vitiosa pronunciatione esse.

Pag. 187. v. 6. κορτερομύτου ἡμιόνου, itidem mendosum suspicor, ac legendum κορτερισμοῦ ἡμιόνου.

v. 9. pro παρασίας, παλμοῦ vix dubitarim legendū esse. Equidē non dubitavi ita convertere. Nam quis hîc locus esse potest τῆ παρασίᾳ?

v. 16. περιοδικὸν ὅλον δόκησιν in manusc. meo iudicio, & malè scripta & distincta, hoc modo ut edita sunt, corrigenda putavi.

Pag. 188. v. 4. ὅτι Πυθαγόρας καὶ Ἀβάριδι, potiùs leg. suspicor.

v. 26. ἄχρι τοσούτου. malè dandi casu legi, & τοσοῦτο gignendi leg. puto.

v. 29. δόξης hîc non gloriam videtur significare, ut reddidi: sed opinationem potiùs, & σωτηρίαν non salutem, sed conservationem. Illa enim, quæ ipsi per rectam rationem videbantur, quasi serta tecta conservata volebant.

Pag. 189. v. 14. ἀποθῆσθαι, quod in nostro manusc. codice legebatur, in ἀποθῆσθαι mutandū cēsui. Nam vulgata enunciatio non distinguit inter ο &ω. & suprà p. 15. v. 31. ita quoq; habetur eademq; præcepta ibidem tradita leguntur.

v. 27. Ita legi atque interpretatus sum, ut impressum est. Verùm fortè, μᾶλλον ἐν γυναικείοις ἤθεσιν, rectiùs legi posset. Sed docti dijudicent.

Pag. 190. v. 4. pro ἐν ποδῶν, ἐμποδὼν coniunctim & adverbialiter leg. censeo. Sic enim potiùs loquuntur Græci.

v. 13. Hæc eadem fusiùs etiam tractantur suprà p. 74.

v. 28. hîc ἀναίνεται ut & suprà p. 74. v. 25. & p. 165. v. 15. perperam legebatur. pertinaces enim sunt errores. porrò hæc ab v. 20. usq; ad finem pag. pene omnia eodem modo leguntur suprà pag. 165. v. 10.

Pag. 191. v. 20. τὸν λόγον, perperam, opinor, legebatur in nostro exemplari manu descripto.

v. 29. ἀφαιρέσεται puto scribend. neutra enim pluralia semper verbum asciscunt singulare.

v. ulti. θραύσῃ. Illud hoc loco genuinum non est. Puto igitur θραύσῃ leg. ab θραύω, frango. juxta illud, qui è nuce nucleum esse vult frangit nucem. vel potiùs θίσῃ, id est, nuda positione. Sequitur enim continuò λεπτυνσόμενα. Etsi prius sim in versione secutus.

Pag. 192. v. 12, δὲ ἧς ὁ νοσοῦν ἐπεγεῖρ αὐθάπτως, scopę sūt dissolutæ. Haud tamē habeo, quo vinciam. Facilius namque indicatur malum, quàm tollitur. Itaq; quod potui, converti. Leviculum est quod sequitur, πάνδ' ὁρᾷ, ubi legebat. ὁρᾷ.

v. 20. ὀργιασμῶν. cerimonias verti. Alioqui non me fugit, quæ sint τὰ ὀργιάζεσθαι apud authores significationes, quas doctiss. Budæus collegit & indicavit in suis comment. potuissem sacra, initia, & elementa reddidisse: sed malui cerimonias, tanquam rerum cœlestium τελετάς.

Pag. 192. v. 31. γνωστικὰ καὶ καταγωγή. Illa non videntur esse satis integra. nec tamen video quomodo sanem. Interim sensum, etsi subobscurè, me reddidisse puto. fortè pro καὶ καταγωγή, καὶ καταγωγῆ, legend. sit.

Pag. 193. v. 9. in argumento cap. 33. ἁπλῶς ὡς πάντας αὐτὸν, mutavi in ὡς πάντας αὐτόν. Agit enim in toto capite Iamblichus, quomodo amicitiam in omnes extenderint Pythagorei.

v. 15. ἡμῶν μὲν πρός. Illa usque ad pag. sequentis v. 11. καὶ οὕτω, cōtinent valde longum ὑπερβατὸν, & præterquam quod perturbatissimè in nostro exemplari, & mendosissimè scripta ac distincta essent, dictiones aliquot sublimes, quibus usus est Iamblichus, exhibuerunt mihi non parum negotii in vertendo. Quare nemini mirum videbitur, si & nostra perturbata & confusa sit oratio. Quanquam ut illam obscuritatem vitarem, totam illam complexionē verborum in aliquot periodos dispescui. Nec eo tamen inficias, quin illa, *amor, declaratur, conciliabat, conspringebat, moderabatur, conspicimus*, quæ de meo addita sunt, etiam omitti possint, ut orationis mem-

bra quam minimum luxentur. Docet namque Pythagoram, ut legislatorem & inventorem tradidisse deorum erga homines, doctorum inter se, atq; omnium ordinum hominū cùm inter se mutuo, tum erga belluas, imò verò etiam corporum cum animis simul & corporibus amicitias esse debere, perinde ac sit ἁρμονία & consensus in elementis & cœlestibus corporibus.

v. 30. ἀδιαιρέφω gignendi casu leg. putarem.

Pag. 194. v. 15. pro συνοικῶν, σύνοιδα. lego & converto. quàm verò optandum foret, hanc amicitiæ tesseram, quæ inter Pythagoreos planè admirabilis exstitit, hodie inter Christianos ita eminere, ut possit dici, de numero est Christianorum, Catholicorum &c.

Pag. 195. v. 1. Hesych. ἀμυχὴν interpretatur ἐπιπόλαιον ἕλκος. deducitur ab Them. ἀμύσσω, i. exhulcero.

v. 4. ἀμφότεροι μὲν, μᾶλλον μέντοι &c. leg. Hæc omnia ad v. 21. pag. 194. usque ad ἐχθρὸν ἐκόντα versus 30. hujusce pag. habentur ad verbum supra ab pag. 100. v. ult. usque ad τοιοῦτο μέντοι paginæ 102. v. 7. Nec putandæ sunt otiosæ esse istiusmodi repetitiones, quòd pro ratione περιστάσεως sæpè iisdem sit usus Pythagoras, διὰ ὃ καὶ τρὶς τὸν καλὸν ἔχον, uti vulgato dicitur proverbio apud Græcos.

v. 32. Locum asteriscō notare volui, quòd mihi saltem mutilus & vitiosus videatur. certè illud ἀφέμβρον germanum non est, & reliqua ut ὕστερα intacta reliqui, vel conversa boni consulenda.

Pag. 196. v. 3. pro συγγνωμοσύνη fortè illius cōtrariū ἀγνωμοσύνη rectiùs legetur. Sed ne sic quidem totus ille persanatus erit locus, qui ideò alium Æsculapium necessariò quoque præstolabitur.

v. 27. pro περικάμψεως equidem mallem περικόψεως, non enim circumflectendæ sunt alienæ & noxiæ amicitiæ: sed planè amputandæ erunt.

v. 30. ὑπιδόντως adverbialiter leg. suspicor. & ἀφιλοτιμησίαν quod & inter σφάλματα.

Pag. 197. v. 1. pro ἐμπιστοσύνη, quod erat in manus. sententia exigente σύνεσιν leg. ut mox v. 9. Vide Prover. apud Eras. Dionysius Corinthi.

v. 3. οὔτων. Illa etiam suprà habentur, p. 191. v. 1. Mox v. 7. λειτουργίας, legi quod antè ἐκτελείας.

v. 11. φωλίαν. Sic suprà hunc nominavit p. 121. v. ult. & semper nominat noster Iamblichus.

Sic Sustridus Petrus homo pereruditus scribit se reperisse in veteribus libris, dum emendat Cicer. officia Cæterùm M. Tullius lib. offic. 3. & Val. Max. lib. 4. cap. 7. Pythiam vocant, qui rectiùs, aliorum esto judicium. Historiæ verò, quam noster ex Aristoxeno commemorat, iidem authores locis jam dictis, & Cicero Tusculan. quæst. 5. & Lactantius lib. 5. cap. 17. suppressis nominibus meminerunt. Insigne amoris & fidei exemplum, cujusmodi rarò sanè, atque haud scio an simile quisquam in sacratiore amoris & fidei vinculo conjunctis hominibus reperiat.

